


Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.





F. 1154

1

DE MONETA RVM POTES TATE, SI. MVL ET V TILITATE LIBEL^S lus aureus , autore Gabriele Biel.

Accessit eiusdem argumenti Materia, ex libello Ioannis Aquilæ consultissimi Iurium Doctoris,
quem quidem ad praxin mire utilem
olim conscripsit .

Item de ualore Numismatum priscorū secūdum Mo
netam Nurenbergen, autore Bilibaldo
Pirckeymhero.

Adiecta est quoqz epistola nuncupatoria
de Nouatione Monetæ.

Archiv

CB

ERVDITO IV

VENI THEOBALDO SPEN-
GELIO MOGVNTINO, IVRIVM STV
djsaddictissimo suo, Ioannes Virdungi-
us Regaulensis, S. D.



Veruntur Theobalde passim de uictus rerumq; necessariarum omnium caritate, quando dono quodā tamen diuinæ prouidentiæ sat largos annuatim è terra prouentus habeamus. Queruntur certe non frustra, nam triplo uenduntur omnia, & pluris locant operas suas opifices, quām æquitas ferat. Agrum si colendum mercenario locaueris, plus iacturæ & sumptuum face repenè oportet, quām spei est ad commodum ex cultura percipiendum. Tam non facile horum expleueris hodie rapacitatem. Miretur aliquis, unde hæc calamitas, at desinet mirari is, ubi expenderit rerum humanarum hanc esse conditionem, ut quæ optimis etiam sunt instituta rationibus, cursu quodā suo, ac impetu prolabantur in deterius. Numismatum æstimatione & norma recte olim atq; ordine constituta, & à Iuris conditoribus approbata fuit. Quæ si hoc quoq; tempore in commercijs & contractibus extarèt, prorsus nihil dubitarim, quin Annonæ rerumq; aliarum caritas

caritas sese esset remissa. Est enim omnino magna
uis in monetæ constitutione, quam animo cernerere
ctius, quām oratione depingere possum. Qui uitam
in turba & negotio positam habent, suo tacti malo
intelligunt, quāta Tyrannide griffentur in frequen-
tibus emporijs Monopolę, dum aliorum numisima-
tum precia intendant, aliorum remittant. neq; ita ac-
curate unquam supputasti domi, ut profectus ad mer-
catum, ratio tua cum illorum quadret æstimatione.
Et sunt interim tamen qui magnificos istos foenera-
tores tanquam dignos laudent, quibus cum Summi
Reges & Principes, Literis, Muneribus, & omni of-
ficio certent. Nemini ego suam inuideo laudem, ue-
rum illud odi pessime tamen, quod inuisis & fodi-
dis istis lucri aucupibus tantum indulgeatur. Quid
obsecro publicam æquæ perturbauit tranquillitatē
in Germania, atq; hæc est aggrauatio: Exterminarūt
legitimam Imperialium electorū monetam, suamq;
accisam & arrosam quandam, hoc est, iniquioris ma-
teriæ & ponderis inuixerunt. An hoc quis iure non
insectetur? Argentei hi, quos stulta uoce Bacos ap-
pellant, ad Rhenanam comparati pecuniam, duode-
cim uix Numulos implēt, neq; integriores sunt, suo
in genere Numi Vallenses. Et paucos ante annos,
quando moneta nondum ex ueteri æstimatione &
pōdere decidisset, ualebat Aureus uiginti sex Albis,

A 2 nunc

EPISTOLA NVNC V PATORIA.

nunc per Harpyias monopolij nationis nostræ suc
cum & sanguinem exugentes, didicit etiam imminu
tus ualere triginta duobus. Dixerit aliquis, non ita
multum referre, siue minoris, siue pluris Aureus uale
at, dummodo publica ac definita eius maneat æsti
matio. Ego uero aio illum, quisquis tandem ita senti
at, despere. Longe aliter siquidem iudicant Docti in
abaco ratiocinatores, quorum quanto quisq; in hoc
negotio est peritior, tanto magis ueneratur, & prædi
cat maiorum nostrorum prudentiam. Qui quoniam
unice respexerunt ad hoc, quod ex usu & luculento
Reipublicæ commodo est, ipsum, uti dicitur, punctū
in appreciandis hisce metallis attigerunt. Hodie cum
in tantum à modo discedatur, uilioresq; cudentur nu
mi, planè necesse est alimenta mercesq; adeo omnes
precio suo accrescere. Necq; est igitur ut aurea iterum
reditura tempora speres, nisi ad prioris seculi regulā
moneta adigatur. Cohercat deniq; & libido eoru;,
qui terræ & maris opes ad se solos, ceu nubes Cæci
as, trahunt. Quod si hæc, Theobalde, audacius dice
re uideor tibi, audias uelim Politices scientissimos il
los, q;s ipse hac de re audiui, uiros profecto in multis
& arduis Germanici Imperij negotijs iactatos. Aut
si libet scripti Iuris pete autores tuos, inter quos & si
fortasse in harena hac parum sunt pleriq; exercitati,
pecuniariam rem tamen ipsam omnes incorruptam
debere

debere esse statuunt. Possunt autem uaria in hoc re-
rum genere accidere, de quibus omnibus Legū Con-
sulti pronunciant. His diebus dum schedas quasdā
Iacobi Curionis amici mei, excuterem, duos huius
argumenti reperi libellos, quos cum auide p̄aelegi-
sem, dignos putaui, ut nomini tuo inscripti per me
lucem uideant. Disputant enim de officijs ad nego-
ciationem circa monetam pertinentib⁹, & locos cō-
plures ex Legum uoluminibus adducūt, hoc tempo-
re cognitu non inutiles. Quod uero tibi dedicantur,
factum est nō alio consilio, quām ut illi ipsi commen-
dabiles fiāt Iurium disciplinæ in Schola hac Mogun-
tina deditis per te Theobalde, quem omnes scimus
mirifice incēsum esse studio cognoscendi Iuris eius,
quod in bona Europæ parte regnat. Bene uale, ope-
ramq; hanc qualemcunq; meam boni consule. Mo-
guntiæ in Algeshemico. Anno M. D. XLI. Mense Se-
ptembri.

A 3

De

DE MONETA/
RVM POTESTATE ET VTL
LITATE LIBELLVS, AVTORE DO
ctissimiuiiri Gabrielis Biel.

QVÆSTIO.

Vtrum monetam falsificans, mutans, falsam pro uera, uel minus ualentem pro bona expendens, aut de loco, ubi minus aestimatur, ad locum, ubi plus ualeat transferens, peccet mortaliter, & ieneatur ad resti tutionem?

Ex necessitate, numismatis usus inuenitus est.



RO dicendorum intelligentia, primum omnium animaduertendum uenit, quod secundum Philosophum s. Ethicorum, cap. 9. & i Politice: Numismatis usus, est ex necessitate inuentus. Cum enim res adiuicem immediate commutari non possunt, homines autem sine earum commutatione (pro eo quod non omnibus omnia necessaria abundat) sustentari non possint, praesertim in tanta multitudine hominum: Tum propter distantiam locorum, in quibus consistunt res commutandae, & difficultatem earum transportationem: Tum propter distantiam temporum futurorum, quo res sine sui corruptione seruari non possunt: Tum ex multiplici hominum indigentia, propter quam necessere est rem commutandam esse in multa diuisibilem, ut multa necessaria per eam a diversis cōparentur: Tum ex quorundam cōmutabilium indiuisibilium ad hominum

num utilitatem magnum ualorem, ut sunt equi, domus &c.
 & ita de pluribus alijs. Ideo necesse fuit inuenire medium alius
 quod, quantitate paruum, ut eius detractio, siue diminutio fa-
 cile perpendatur, & de loco ad locum transferatur. Charaktere
 Principis, uel auctoritatē habētis, insignitū. Ne si quilibet mo-
 netaret, ualor eius uariaretur, nec dīnosceretur aut salisficare
 tur, et p̄ hoc æqualitas in cōmutatiōibus nō seruaretur. Pon-
 dere certum, ut preciū eius sit certū, sine corruptione permā-
 siū, ut sit futuræ prouisioni aptū. Materia preciosum, ut mul-
 tus ualor posset in paruo loco reponi, & facile de loco ad lo-
 cum transportari. In plura minor a secundū ualorē diuisibile,
 ppter indigētes multis reb⁹ parui precij. Tale aut̄ est Numis-
 ma, uel ex sui natura, uel hominū instituto ad humanam indi-
 gentiā relato. Quanto em̄ re aliqua plus indiget humana ne-
 cessitas, tanto plus ualeat, & ualor precij crescit, & ideo secundū
 relationē numismatis & cōmutabiliū ad indigētiā humana, numisma est certa mensura omniū cōmutabiliū & uenaliū.

Numisma
est aptū me-
diū & men-
sura com-
mutabiliū.



Ecundo notandū, quod moneta tribus modis
 falsari potest, secundū quod tria sunt de substan-
 tia monetæ, scilicet materia metallata, quātitas
 ponderis, & publica forma, ut dicit Panor. in c.
 quanto, de iure iur. & est etiā in glo. eiusdem c.
 Et in quolibet horū cōmitti potest falsitas. In substantia, quia
 nō seruatur liga legitima. Liga, id est, species mixturæ uel gra-
 dus metalli, ppter admixtionē uilloris materiæ, aut materia
 consueta in quantitate excessiva. In pondere, quia nō habet
 legitimū pondus. Pro quo notandū, q̄ tantū debet esse pōdus An moneta
 in numismate, quantū fuit in materia de qua moneta est fa- expensis au-
 bricata, saltem deductis expēsīs & labore, secundū Inno. licet dentis, an
 nō secundū Bart. secundū quem expēse debent solui de pu de publico
 blico. Motiuū Innocentij est, q̄a nemo suis expēsīs tenetur ea sit audēas
 facere

Moneta tri-
pliciter fal-
satur.

Liga.

An moneta

G A B R I E L B I E L

facere. Et hæc opinio Innocentij cōmuniter tenetur, ut uile Angelus in Summa inuerbo Falsarius, qd sic intelligo. Ponds legitimū, est pondus cōsequens quantitatē substancialē, p talī numismate iuste determinatū. Gratia exēpli: Si pro floreno determinetur aurū ponderās drachmā, quæ est octaua pars unciae, tunc florenus falsus est ex pondere, si non habet quantitatē aurī ponderantē drachmā. Vnde cū pondus sequitur naturaliter quantitatē substancialē rei, & quantitas substancialē nō distinguitur à substancialia, ergo falsificatio pōderis est dīminutio substancialē, siue hæc fiat p rasurā monetae, siue subtilius p aquā artificialē corrosiuā, aut alio modo difficile uisu aprehēsibili. Est autē determinatio ponderis iusta, quādo determinatur pōdus tantī ualoris p moneta, quāti est pondus materiae eius nō monetatae. Ita q tantū debet ualeret moneta ex pōdere, quantū ualeret sua materia nō monetata, & nō plus, saltē deductis expensis monetādi, ut supra dīctū est. In forma cōmittitur falsitas, quādo mutatur nomē, signum, aut īago eius, qui monetauit. Vnde habēs auctoritatē monetādi, praefigit certā formā monetæ, īaginem aliquā, circumscriptiōnem, aut aliqd signū. Et si aliqd huius formæ præfigitur, aut aliqd additur, moneta in forma falsificatur. Est autē

Forma monetæ quædā testificatio ueritatis & iusticie ipsius nete ad qd monetæ, q scilicet sit ueræ substancialē, & iusti pōderis, ut dicit Vuilhelmus Orem in suo tractatu de moneta. Vnde frequenter in moneta Christianorū Principiū uel Comitatū ponitur īago Dei, uel alicuius Sācti, & nomē eius, aut signū crucis,

qd antiquitus fuit institutū in testimoniuū ueritatis monetæ, in materia & pōdere. & subdit: Si ergo Princeps sub ista inscriptiōne mutet materiā, siue pondus, ipse uidetur tacite mendaciuū & perjuriuū cōmittere, ac falsum testimoniuū phibere. Ipse enim abutitur hoc uocabulo Moneta. Nam dicitur Moneta secundū Hugui. & moneo, quia monet, ne sit fraus in metallo, uel pondere, hæc ille,

Tertio



Eritio notandum circa mutationem monetæ, ^{Quadr.}
quod huiusmodi mutatio multipliciter potest fieri, quod in materia, quod in forma, tatur moneta quandoq; in ualore, quod in nomine. In materia, ut quando propter defectum materiae aut nimiam abundantiam, fieret noua moneta in alia materia, aut in alia mixtione seu liga prioris materiae. In forma, ut quando mutatur impressio figuræ in imagine, aut charactere, aut circumscriptione. In ualore, ut quando mutatur substantia, mixtio vel pondus, aut his manentibus, statuitur aliud ualor, ut si hactenus florenus ualuit uiginti grossos & statuitur, ut de cætero ualere debeat 18 aut 24. In nomine, ut si nomina mutantur. Vel accidentalia, puta quæ non importat pondus vel ualorem monetæ, ut sunt nomina autoris, aut loci, in quo moneta facta est, & huiusmodi. Vel essentialia, puta quæ imposita sunt determinato ualori aut ponderi, ut sunt obulus, denarius, solidus, libra, florenus. Et haec mutationes fieri quandoq; possunt currenti priori moneta in suo ualore, quandoq; reprobata priore ac prohibita. Item quodoc; ex rationabili causa propter necessitatem & utilitatem reipublicæ. Et secundum haec mutatio quandoq; fieri potest licite, quandoq; culpabiliter & illicite.

CONCLVSIO PRIMA.

Falsificans monetam in substantia, forma, vel ponere, peccat mortaliter, si illud faciat in damnum proximi vel Reipublicæ. ^{De falsificā & monetā.}

Hæc conclusio est Host. & doct. communiter. Et satis patet ex tex. c. quanto de iure iuratur. ubi dicitur, quod iuramentum de observatione falsæ monetæ factum non ligat, cum iura-

B men

G A B R I E L B I E L

mentum non debeat esse vinculum iniuriae. Ergo seruare falsam monetam est iniustum, & multo magis falsificare erit iniustum. Quod autem sit mortale peccatum, patet, quia est furtum, quia ablato rei alienae inuito domino, ut infra dicitur. Patet etiam per extrauagantem Ioannis 22. qui excommunicat omnes tales in regno Francie. Quod autem teneatur restituere, probatur per commune medium, quia omnis iniuste damnificans, tenetur restituere damnificato, si habere potest. Sed fraudulenter falsificans numisma, damnificavit proximum aut Rem publicam iniuste, ergo tenetur restituere damnificato si habere potest, aut pauperibus si damnificatus haberi non potest. Maior patet per c. Si culpa, de iniusto & damnificata, minor autem sat potest. Et dicitur notanter in conclusione, In damnum proximi, quia si quis falsificaret in forma tantum, unde non minueretur ular, quia sic non damnificaret, non peccaret. Sic, si numisma non exponendum, rumpendo aut radendo falsificaret.

C O N C L V S I O S E C V N D A .

De mutante monetam in damnum Republicae, tene-
monetam. tur damnum illatum restituendo compensare.

Probatur, quia talis iniuste damnificat, ergo &c. Antecedens probatur, quia inferens damnum in re non sua, iniuste damnificat. Sed mutans numisma in damnum Republicae, infert damnum in re non sua, quia in Republica, quae non est sua. Dicitur notanter, in damnum Republicae, quia si mutatur ex rationabili causa ad utilitatem Republicae, restitutio non haberet locum.

Quatuor cause licite mutationis monetarum. Sunt autem tres causae propter quas licite mutatur moneta. Prima est falsitas introducta, ut si aliquis extraneus Princeps

DE MONETARVM PÔTESTATE. 6

Prínceps aut falsarius maliciose effigiaret, uel contrafaceret formularia seu modulos, per quos introducere niteretur moneta Sophisticam minoris ualoris quam sit moneta uetus, cuius tamen differentia a uera moneta cognosci a populo non posset, & alio modo conuenienti moneta falsa exterminari non posset, expediret mutare formam monetæ ueræ, seruato tamen iusto ualore, ut sic discerni possit ab introducta falsa.

Secunda causa, si antiqua moneta nimia uerustate esset peiorata, ac in substantia & pondere imminuta per continua m attricationem, tunc cudenda esset moneta noua, cum difference a priore in iusto pondere, & prohiberi posset cursus prioris monetæ uerustæ sic diminutæ. Tertia causa estrarias materiæ, propter quam materia haberinon posset tali precio, quo prius solita est haberî, tunc mutanda esset moneta, uel constituendo aliud eius ualorem respectu monetæ alterius materiæ, uel fabricando nouam minoris ponderis & æqualis precij cum priore. Exempli causa: Si dragma auri non monerata ex aliqua causa ascenderet in precio, ita quod tunc ualeret 30. grossos argentii, quæ prius ualuit 20. tunc aut florenus habens dragma etiam mutantur est in ualore, Ita ut etiam si prius ualuit 21. grossos, tunc statueretur ut ualeret 31. grossos, aut cuðeda esset noua moneta auri minoris ponderis. Tanti tamen, ut ualeret iusto precio 20. grossos, & hoc cum diffentia aliqua in forma a priori, ut nosci potest. Et hoc forsitan magis expediret Reipublicæ, ut precia in cæteris rebus constituta, ac redditus & pecuniarij census manerent non mutata, & sic nemo fraudaretur. Et parum referret, utrum ueteris monetæ cursus maneret si nihil prohiberetur, seruata tamen debita proportione ad alias monetas inferiores, & ad precia rerum uenaliarum ac reddituum sive censuum. Posset addi quarta causa: Lucrum ex noua moneta consequens, non monetarij sed reipublicæ expediens uel necessarium, de quo

G A B R I E L B I E L

*illata moneta mutatio infra in dubijs dicetur. Extra hos casus, mutatio monetæ in ualore reproba est & iniusta, quia reipublicæ damnoſa & ſpo-
tia.* *litiua ſubditorum, ſive hæc mutatio fiat in materia, ponde-
re, uoluntariæ constitutionis ualoris, aut nominum eſſentia-
lium. Si uero mutatio fieret in ſola forma, aut nominibus ac
cidentalibus, & non in ualore. Et hoc ſive in ualore præudi-
cio reipublicæ tolerari posſet. Et quāuis ſi fieret ex superbia,
pompa, uel aliorum contemptu, aut alia ſinistra intentione,
non careret peccato. Tamen non requireretur aliqua restitu-
tio, unde conſilium eſt, quod non fiat mutatio monetæ, niſi
ex magna & rationabili neceſſitate.*

C O N C L V S I O T E R T I A.

*De expen-
dente mone-
tam falsam
pro uera.
Expendens ſcienter monetam falsam pro uera
& iusta, falsarius eſt, & tenet restituere illata damna.*

Probatur quod ſit falsarius, quia falſitatē inducit ad pro-
ximi deceptionem, ergo. Conſequentia tenet ex quid nomi-
nis falsarij, antecedens eſt manifestum quod teneatur resti-
tuere; probatur quia infert dāmū personæ & Reipublicæ,
ergo tenetur ad reſtitutionem, conſequentia tenet ex commu-
ni medio & ſupra allegato c. Si culpa, de iniu- & dām. da.

C O N C L V S I O Q V A R T A.

*De expen-
dente mone-
tam minus
ualentē pro
bona.
Expendens ſcienter monetam non currentem,
aut aliās minus ualentem, pro bona & currente, frau-
ulentē dat proximum, & tenetur restituere.*

Hæc conſclusio in ſententia eſt Angelij in ſum, & Antho.
& probatur eisdem medijs quibus prior. Talis enim decipit
proximū

proximum dando sibi malum pro bono, & dicitur notanter in duabus præcedentibus conclusionibus, Scienter, quoniam si ignoranter fieret, ut quia ignoraret ualorem monetæ quam expendit, excusaretur saltem à peccato, & etiam à restitutio- ne durante ignorantia. Si tamen postea sciuerit, tenebitur ad restitucionem, quia siue scienter siue ignoranter damnifico proximum, teneoreum releuare indemnum, postquam mihi innotuerit illatum damnum.

Nec excusatur expendens in casu utriuscè conclusionis tertiae & quartæ, per hoc, quod huiusmodi moneta falsa uel minus ualens, data est sibi pro bona, quia culpa alterius & error proprius, non debet alteri nocere. Culpa enim suos debet tenere actores, non alios. Imputet ergo sibi recipiens monetam falsam, confractam, uel integrum, seu minus ualentem pro bona, quod non caute prospexit. Si uero scienter recepit malam, ut expenderet pro bona, aggrauatur peccatum & restitutionis debitum.

*Quod nou
releuet cō-
munis ho-
minus ex-
cusatio.*

CONCLVSIO QVINTA.

Transferens monetam de certo loco, ubi mindris ualoris æstimatur, ad locum ubi magis ualet, nō peccat, si non aliàs fraudem committat.

Hæc est Anthonini, & probatur secundum eum, quia licet cuilibet ex industria sine alterius danno, lucrum querere. Sed transferens in casu conclusionis monetam, eam emendo ubi minus ualet, ad locum ubi plus ualet, utitur sua industria sine danno alicuius, dum tamen eam non radit aut dimisuit, ergo &c.

Sequuntur tria dubia.

B 3

Circa

G A B R I E L B I E L

Dubium
primum.



Ista prædicta, dubitatur primo, Quis habeat curdere monetam? Ad quod respondet Panor, in c. quanto. de iure iuram. Quod solus Princeps, id est Imperator, & nemo aliud sine concessione Principis. Quod tamen intelligit, nisi Princeps inferior aut Civitas, vel generaliter inferior potestas hoc præscripsisset per tantum tempus, de cuius initio non extaret memoria, ut in c. Super quibusdam, de uer. sig. Vel nisi esset talis qui præscripsisset iura Imperij, sicut reges Hispaniae, qui dicuntur non subiacere Imperio, quia regnum a fiscis hostium eruerunt. Concordat D. Antho. Et est ratio principalis responsionis, quia cum moneta (ut præmissum est) inuenta est & instituta pro bono communitatibus, congruum est ut ab eo fabricetur, a quo regenda est communitas. Taliis autem est Princeps, aut qui a Principe habet auctoritatem.

Moneta di-
ffusa non
est Princi-
pis.

Cuius sit
moneta.

Constituere
ualorem mo-
netæ est co-

Licet autem Principis sit fabricare, ac suo imagine ac nomine signare monetam, tamen propter hoc moneta dispersa in populum non est sua, nec ipse est dominus monetæ currentis in suo principatu. Nam moneta medium est permixtandi diuitias naturales æquivalens eis, ideo illorum est possessio monetæ, quorum sunt naturales diuitiae. Nam cum quis dat panem suum, vel proprij corporis labore pro pecunia, cum eam reperit sua est, sicut panis & labor suis suis fit, & in eius libera potestate. Dicit etiam Nicolaus Orem, qd licet facere monetam pertineat ad Principem, tamen constitutere ualorem monetæ seu proportionem unius monetæ ad munitatis aliam (Gratia exempli: Floreni ad grossum, aut grossi ad obulum, puta qd florenus ualeat tot grossos, & grossus tot obulos) non debet esse in potestate Principis, sed communitatibus, cuius est moneta, quod sic intelligendum puto, quod non est in potestate Principis constituere ualorem monetæ secundum suam voluntatem, sed iustam & naturalem proportionem auri.

auri ad argentinum, & argenti puri ad talem ligam. Et discre-
tio huius pertinet ad communitatem.

Ex quo sequitur, quod Princeps reprobans mone- Princeps
tam aliquam ualentem, ut eam remissius emat & con- ad lucrum
flet, & inde aliam minus ualentem fabricet, et prio- suum nō de-
rem ualorem constituendo, monetam fraudet, & bet monetā
ad restitutionem tenetur. ualentem
reprobare.

Hæc est sententia Hostieñ. & Panor. Et patet manifeste,
quia uilius uenit carius, quod est contra iusticiam. Item sic
posset sibi attrahere indebitè pecunias omnes subditorum,
ut si attraheret aurum ad paruum precium, & illud emeret
pro argento, ac deinde augmentato precio rursus uenderet
monetam auream pro maiori precio argenti. Simile esset si
poneret preciosum in toto frumento sui principatus & emeret,
& postea uenderet pro maiori precio etiam per eum consti-
tuto, quæ utiq; esset iniustissima & tyrannica exactio populi.
Nec est simile de uenditione frumentorum à sancto Ioseph sub
ditione Pharaonis, quoniám ex eo quod non creuerunt fru-
mēta, ipsa facta sunt cariora & maioris precij quam ante, dū
collegerat in horreis, cum copia eorū exuberabat. Nam pre-
cium rei humana indigentia mensurat, ut uult philosophus
s. Ethicorum: Et si forte excessum est in precio, dicit Cassio,
Credo uirum sanctum tali necessitate constrictum, ut auaro
Principi satisfaceret, & periclitanti populo subueniret.



Vbitatur secundo, Vtrum in aliquo casu Prin-
ceps possit mutare monetam propter lucrum Dubium se-
nuum, uel generalius, An princeps possit ha- cundum
bere

G A B R I E L B I E L

bere lucrum ex moneta, constituendo maiorem ualorem monetæ quam ualeat eius materia nō monetata , deductis necesse farijs expensis , uel minuendo pondus aut ligam sub priori ualore? Respōdetur breviter, quod in uno solo casu Princeps potest sentire lucrum ex moneta, scilicet dum lucrum illud redundant in utilitatem Reipublicæ, ut tactum est in conclusione secunda, puta quādo Princeps indiget subsidio pro defensione Reipublicæ, ad quod præstādum subditi obligantur, tūc posset fieri aliqua mutatio in moneta , ut pondus uel materia sub eodem ualore minueretur, ut sic populus minus sentiret se grauari , dum tamen non extenditur lucrum ultra necessariam Principis indigētiā supradictā. Sed hæc mutatione fieri non debet , sine consensu subditorum, quorum (ut dictum fuit) est moneta. Potest enim quilibet renunciare iuri suo. viij. q. i. quam periculosem. Sic & cōmunitas. Et uult Innocentius, quod sufficit cōsensus maioris partis magnitudinē. Sed de hoc dubitat Panor. loco allegato , cum tractetur de negocio singulorum, ideo dicit Angelus requiri cōsensum singulorum.

Non tamen sufficit cōsensus populi ad dispergendum huiusmodi monetam minoris ponderis extra tale dominiū, quia cum damno non subditorum non potest suas indigentias subleuare , in quo satis omnes concordant.

Subtilis modus subducens est magna pecunia pro redēptione Principis aut defensione &c. facilior sit modus & expeditior per mutationē monetæ. Tum quia hic modus facilior est ad congregandum pecuniam necessariam, citius sine fraude & ex facultatibus subditorum. Tum quia minus sensibilis, & per hoc magis portabilis sine murmure & periculo rebellionis populi. Tum quia est generalissimus, comprehendens omnes tam Clericos quam Laicos, Nobiles & Plebeios, diuites & pauperes. Verum an hæc:

hæc ita se habeat, cōmitto diligēti lectori. Duo tamē necessaria hic attēdēda sunt: Prīmū, q̄ moneta illa tātū currat inter subditos illius dominij, q̄ tenet̄ subuenire dño & suæ Republicæ, qm̄ si dispergerent ad alios, isti p̄ hoc iustite grauerent̄. Secūdū, q̄ collecta necessaria pecunia, moneta reducatur ad priorē statū, q̄a cessante causa, cessare decet & effect̄.



Eritio dubitatur: Vtrum eligens ad partē meliores denarios ac magis ponderantes, & cōflari faciēs, peccet, & ad restitutioñē teneat? Res spōdet Angelus in summa sequēs Hosti. lo. an. ac alios sub hac distinctione. Si illi qui cudunt pecuniā, eo q̄ nō possunt oēs æqualiter sculpere uel p̄ficerē, aliqui denarij sunt quādoq; minus p̄oderantes, propter hoc permittūt alios in maiori pondere, ut sic fiat adæquatio iusti p̄oderis in multitudine, q̄ nō potest fieri in singulis denariis. Tūc tales eligentes meliores, sunt falsarij, & tenetur ad restitutioñē communis, quia corpus pecuniae damnificare runt. Si uero oēs denarij sunt iusti ponderis, sed aliqui sunt amplioris, & illos radūt dummodo remaneat iusti ponderis, seu conflant, non credo falsarios, licet male faciant, & nullo modo sit eis consulendū. Si tamē noluerint abstinere, nō credo q̄ sint propter hoc extra statum salutis. Videtur itaq̄ sentire, q̄ talis non peccet mortaliter, licet peccet uenialiter, qđ non satis intelligo, nisi modicitas huius electionis (quia raro uel paucos eligit) excusat, quoniā si hoc frequenter facit, damnificat grauter monetariū, qui ex imprudentia excessit in pondere, uel eū cuius nomine monetat, & ita teneretur ad restitutioñē ei, sicut qui rem remissius emit, ubi forū certum est, & uendens in numero uel pondere errauit. Sic monetarius in pondere errauit. Si tamen raro fiat, modicitas excusaret, si cut furtum minime rei (ut pomi unius) excusat.

Dubium
tertiū.

FINIS.

C

IOANNIS AQVI
LÆ IVRE CONSULTI LI
BELLVS DE POTESTATE ET
utilitate monetarum.

Omissis autē ījs , quæ de uocabulīs quibusdam rei
monetariæ præmisit , cum sint notissima , & à mul-
tis alijs , & rectius & eruditius tractata , ea autē q̄ pro
prie ad rem pertinent , integra subiecimus .

Quis habeat ius monetandi de iure communi ,
Caput primum Partis prioris .



Ro resolutione atq̄ evidētia materiae est scien-
dum primo , quod regulariter nemo præter su-
premium Principem potest facere cuđi mone-
tam . Eò quia cuđere monetam est de iure regali
um , pertinens de iure communi ad solum Pa-
pam & Imperatorem per tex . in . I . ij . § . deniq̄ cum ærarium
ff . de orig . iur . I . ij . C . de fal . mo . & c . unico , quæ sint rega . Ra-
tio , quia habere ærarium est unum in signum specialis præ-
rogatiæ Principi reseruatum per I . probatorias , C . de appa-
rito . iud . & approba . eorum , & ibi no . lib . ij .

COROLLARIUM PRIMVM .

IVs monetandi nulli priuato potest cōcedi . Nulli priuato
de iure scripto competit cuđere monetam etiam legitimæ
materiae & legitimî ponderis existentem secundum Host.
Ancha , Imol . Bohic . Panor . & doct . in c . quanto , de iure iur .
Glo .

Glo. Cy. Bar. Sal. & doc. in l. f. C. de fal. mo. & Iaso. & doct. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. Eo quia moneta habet esse in publica forma percussa per l. i. in uer. nummus, ff. de con- trahen. empt. & tex. in d. c. quanto in uer. patris tui monetā conseruari, qua forma publica priuatus sine poena falsi non potest uti, l. falsis nummis, & l. qui nomine, ff. ad l. Corne. de falsis.

COROLLARIVM SECUNDVM.

Priuatus cudens monetam incidit falsi poenam, punien- dusq; est ut falsarius, secundum Bohic. & doct. ubi sup. per l. quicunq; & l. Cornel. ff. ad l. Cornel. de fal. & l. r. C. de falsa moneta, quod nō contingere si iure permittenti hoc faceret, l. Gracus, C. de adult. & c. q; peccat, 23. q. 4. Nam nul- li priuato, ea quae Iuris publici sunt, sine consensu Principis competunt, per l. ij. §. si quis a Principe, & . §. idem ait, ff. ne qd in lo. pub. & l. quicunq; C. de fund. limitro. li. xi. Deniq; fru- stra per Priuilegium impetraretur si iure communi concede- retur, l. Imperatores, ff. de Priuileg. credi, & l. unica, C. de the- sau. li. x. Sed per Priuilegium a Principe impetratur, qd quis cudere possit monetam, per tex. Genz. in extrauag. Io. xxij. incepiens prodiens, quasi ex adipe. Igitur

¶ Exceptio à regula supra dicta.

Ius enim monetandi ex Priuilegio seu ex consuetudine immemorabili potest acquiri.

Fallit supra dicta regula de Iure speciali, utpote Priuile- gio uel consuetudine ex necessitate introducta. Ut quia Prin- ceps non potuit ubiq; & sufficienter monetare, secundū Glo. Cy. & doc. in l. ij. C. de fal. mo. Ideo bene potuit alteri, ut Re-

JOANNES AQUILA

gī, Duci, seu etiam Ciuitati populum subditum habenti non priuato ab Imperatore illud Ius ex Privilegio, uel immemo-
rabilis consuetudine concedi & acquiri, puta monetam cuden-
di. Patet primum, quia ea quæ competunt Principi, ut Prin-
cipi, bene possunt alteri in Privilegium concedi, per tex. co-
piosum glo. & doct. in c. quod translationem, de off. deleg. &
in l. si quisquā ff. de diuer. & tempora præscriptio. l. f. C. no.
uectiga. insti. Secundum claret sic, quod ea quæ potest Prin-
ceps, etiam consuetudo potest secundū Cy. in l. i. C. de emen-
da. propinquo per rex. & doc. in c. super quibusdam, §. præte-
rea, de uer. sig. Nam licet ius exigendi uectigal, sicut Ius cu-
dendi monetam, sit de iure regalium, c. unico, quæ sint regal.
Et illud Ius præscripta consuetudine centenaria seu imme-
morabilis bene potest acquiri, secundum Bart. & doct. in l. si
publicanus, ff. de publicanis & uectigal, post Cy. per plures
rationes bene urgentes in l. i. C. noua uectigal. institui non
posse. Spe. de ca. poss. & prop. §. quia uero. uer. quod de collis-
gentibus uectigal. Bohic. & doct. in c. quanto de iure iur. per
Guido. Papæ. q. 498. per tex. l. f. C. no. uectig. insti. nō poss.
& tex. l. in d. c. super quibusdam, §. præterea.

COROLLARIVM TERTIVM.

Monetare quidam possunt ex Principiis cōcessione uel
ex centenaria præscriptiōe, ut sunt utriuscq; status Prin-
cipes, Electores, Marchiones, aliqui Comites, Ciuitates item
Imperiales Alemaniae habēt per Privilegium, quod possunt
monetam cuđi facere, ut patet de Suevis, Rhēnaniis, atq; Ba-
varis ac Francis. Item Dux Sabaudiae, Barbonij, principes
Aurayce, Archiepiscopus Ebrundineñ. Episcopus Lausanen-
sis. Item & Ciuitates Italiae atūnt se habere ex præcripta con-
suetudine ob hominum necessitatem inducta. Eo quod Im-
perator

perator non potuit ubiqz sufficienter monetare secundum
glo. Cy. Sali. & doct. in l. s. C. de falsa moneta.

Quid sit libra aurí, argenti & æris. Cap. II.



Ro euidentia præmittendum est idem esse Soli
dum & Aureum, quorum 72. libram aurí faciūt,
secundum Io. de Pla. & doct. C. de uete. numis-
ma. Pol. li. xi. Cum autem 72 solidi constituant
libram aurí, sequitur quòd sex Solidi aurei flo-
reni siue Ducati Imperiales, seu legales, constituunt unciam.
Itaqz unus Aureus legalis, est sexta pars unitus de xij. uncij,
q̄ xij. faciunt libram aurí, secundum Io. de Pla. in d.l. q̄tiēs.

COROLLARIUM PRIMVM.

INde elicitur secundum Guido. Papæ. q. 48 2. quod donatio
labcqz insinuatione ultra quingentos Solidos, id est Aureos
facta est ipso iure nulla, intelligitur de illis legalibus aureis,
per tex. & Cy. in l. si q̄s pro redemptiōe in Prin. C. de dona.

COROLLARIUM SECUNDVM.

ITaqz intelligitur, quòd simplex defensor Ciuitatis nō pos-
sit iudicare ultra siue supra trecentos solidos, l. ij. C. metal-
la. li. x. & in Auten. de defensore Ciuitat. §. & iudicare, ubi
per Bar. & Ange.

Libra argenti appellatur quinqz Aurei seu Solidi secun-
dum Guido. ubi sup. per tex. in l. si Clericus. C. de epi. audi. &
in l. i. C. de argent. precio quod thesau. infer. li. x.

Tamen ubi ab homine essent prolati Aurei uel Solidi, in-
telliguntur de solidis minutis, & sic de libris secundum con-

IOANNES AQUILA

suetudinem & usum loquendi regionis , secundum Bart.Io.
de Pla,& doct,in d. l.quotiens, per l, Imperatores ad si, ff. de
contrahen, empt. l. numis, ff. de leg. iij.& l.semper in stipu
lationibus,ff.de reg. lur.cum concor.

Corollarium. Sicut iam numisma, aureus, solidus, nu
mus, & denarius, hodie variantur secundum pondus & usum
regionum, ut secundum pondus 96 solidi constituunt librā
auri. Vel hodie aurei Florentini, Bononienses, Senenses, &
similes, octo constituunt unciam, & sic 97 in massā faciunt li
bram auri, secundum Glo, Bart.Io.de Pla,& Lucam de Pen
na in d.l.quotiens.

COROLLARIUM ALTERVM.

INde est quod huiusmodi unus aureus ualeat 10 libras æris,
per l. l.C.de colla.æris, & 10 aurei ualent unam libram ar
genti, secundum Pla. ubi sup. per l,unicam,C.de argenti pre
cio, quod thesaure, infert, li.x.

Cur dicta sit moneta, & qui sint monetarij, & quæ
moneta sit falsa, adulterina, rasa, tincta. Cap. III.

 **M**oneta in proposito casu dicitur, quia monet ne
qua fraus in metallo, pondere, uel forma, com
mittatur. Vnde Monetarij sunt, qui Principis
monetam eudunt, secundū Glo, Rub.Io.de Pla,
& Lucam de Penna, per tex. l. monetarios, C.
de murileg. Ginecia. & moneta, li. x. Et primus qui monet
fabrificet, fuit Chare optimus faber, pater Abrahæ, ad petit
onem Nini regis Niniuæ, filij Beli, secundum Albe, in reper
to, & Guido, Papæ in q.498, ad si. Inde est quod dicitur Gen.
23 ad.

23 ad fi. Abraham appendit pecuniām probatāē monetāē pū
blicāē. Vnde originaliter processit, quōd moneta Imperato-
ris atq; Regum Romanorum esset aurea & magni precij, ut
dixit glo. l. iij. C. de fal. mo. Et ibidem dicitur, quōd qui eam
falsat, punitur, & quando sit ab eo qui non habet potestatē,
exuritur. Alias dicitur adulterina, secundum Bar. ibidem, ut
qui eam tradit, uel tingit, id est, cooperit auro uel argento, ut
tota aurea uel argentea uideatur. Si est liber, ad bestias con-
demnatur: Si seruus, ultimo supplicio afficitur. Io. de Pla.
in d.l. monetarios circa medium, l. quicunq; ff. de falsis. Et il-
la antiqua moneta Imperatoris, appellatur numisma, in qua
eius imago est sculpta, dicitur enim numisma inscriptio facta
in numo, ut uidetur Matth. 22. Ostendite mihi numisma cen-
sus, id est numum, qui pro capitis censu datur, secundum Pla.
& Pennā in d. glo. Rub. C. de uete, numismat. po. Sic in sco.
histo. exponitur, & p Chryso. dicitur, numisma Cæsaris au-
sum est, numisma Dei homo est. In solidis Cæsar uidetur, in
homīnibus Deus agnoscitur. Isido. ety. 16 ait: Numisma est
solidus aureus, uel argenteus, uel æreus, ideo sic dictus, quia
Principis nominib; effigieq; signatur, per l. numismatum,
ff. de usufruct. ubi glo. & doct. Numi autem à Numa rege
sunt dicti, qui eos primus apud Latinos imaginib; notauit,
& titulum nominis inscripsit. Saturnus tamen secundum Eu-
tropi, in prin. histo. æreos numos primus instituit. Denar-
rius uero inde est dictus, quōd decem ualeat numos usuales, se-
cundum Lucam de Pen. pro ut in sco. histo. exponitur illud
Euangelij: Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut uniuersus de-
scriberetur mundus &c. Fa. no. in l. i. ff. de contrahend. emp.
in l. quintus, §. si autem, ff. de aur. & arg. leg. & per glo. host.
& doct. in c. quanto de iure iur.

Ex iam dictis inseritur primo, quod nulli alijs licet facere
monetam auream cudi, nisi Principi, per l. ff. C. de fal. mo. Et
hoc

IOANNES A Q.VILA

hoc de iure communi . Hodie tamen de iure speciali ex concessione Imperatorum, qui multis Regibus & Civitatibus concesserunt, Et etiam usurpatione iurisdictionis, Cum Imperium sit scissum , cuditur in multis locis moneta aurea, argentea, & ærea, secundum Io. de Pla. in d. glo. Rub. de uete. numis, pote, per glo. & doct. in l. iij. C. de fal. mo.

Secundo elicitur, q̄ in numismate exiguntur tria ista, ut delicit metallum, pondus, & forma, quorum si aliquid defuerit, non est unum numisma, ideo materia, forma, & pondus, diuersificant numos, secundum Lucam de Pen, etiam in d. glo. Rub. C. de uet. numis. po. lib. xi.

Tertio elicitur, quod moneta tribus modis soleat reprobari, uidelicet ex materia, utpote est tincta, non tota aurea vel argentea, ut consuevit & esse deberet. Sed ex materia adulterina est. Ex pondere, utputa est diminuta legitimo ponde re defraudata, vel etiam forma debita priuata. Ex cursu, ut quia non recipitur, nec currit ut consuevit, & sic est iniusta secundum Inno. Hostien. Ioan. Andre. Panor. & doct. in c. quanto, de iure iur.

¶ Cautela contrahentium hodie.

Inde est, quod creditores hodie consueuerunt sibi prouidere, faciendo apponi in instrumento mutui, quod sibi reddatur pecunia eiusdem materiae, eiusdem ualoris & ponderis, atq̄ in eodem cursu, secundum Host. & Panor. in d. c. quanto. Ascens. lib. iij. de solu. arti. s. q. 63 qualis. Eo quia ista exiguntur ad eius bonitatem & utilitatem, uidelicet iustitia ponderis & materiae, & auctoritas formæ atq̄ cursus, seu ualor monetæ. Barth. in l. qui falsam, ff. de falsis, & Bal. in Rub. C. de contrahend. empt.

Cuius

Cuius expensis debeat Moneta cudi, & an lucrum ex ea ualeat haberí. Cap. 1111.



Voniam moneta debet esse tanti ualoris in forma, quanti erat in materia seu massa. Conuenit illam expensis fieri cudentis, puta Regis uel comunitatis, secundum unam opinionem de iuris rigore, ut no. per Clo. in l. 1. ff. de contrahen. empt. Imol. in l. Paulus. l. creditor, & l. procurator, ff. de solu. Bart. in l. qui falsam, ff. de fal. Veruntamen secundum alterā Innocentij & Ostieni. opinionem, quae seruatur de consuetudine, Rex seu Respublica propter iurisdictionem & auctoritatem quam habet, quia eius personam characterem & auctoritatem dicta moneta recipit aliquantulum, sed non multum minoris ualoris quam sit metallum, etiam deductis expensis cudenti, ut pote fabrorum & officialium domus monetæ, ipsam monetam fieri faciat ut modicum, sed non multum sentiat inde lucrum, secundum Inno. Holt. Io. an. Bohic. Panor. Phi. & doct. in c. d. quanto. Fran. de curt. in l. n. §. 1 & in l. cum quid, ff. si cert. pe. Io. de ana, & Mod. in c. postulasti de iudi. in c. ij. de maledi. in c. quam graui. & c. ad falsiorū de cri. fal. Bart. in Rub. C. de contrahen. empt.

Hinc infertur seu elicitur, quod duplex sit bonitas monetæ. Una intrinseca consistens in materia, pondere, & charactere. Altera extrinseca consistens in ualore & aestimatione, pro qua expenditur de consuetudine secundū Bar. in d. l. qui cuncti, per l. 1. ff. de contrahen. empt. l. 1. & si. c. de uet. numis. pot. lib. xi. Fa. c. ejsciens. Ixxxiij. dist.

An mcneta ad libitum queat mutari. Cap. v.

D. Rex

IOANNES AQUILA



Ex seu Respublica non potest absq; populi cō sensu, sed cum consensu bene ualentē monetam mutare. Eo quia id est negotium regni seu com munitatis, ideo exigitur consensus saltem ma ioris partis magnatum regni atq; communita tis, per tex. Inno. & doct. in c. quanto, de iureiur. Lucam de pen. in Rub. C. de uet. numis. pote. li. xi. l. quod maior. ff. ad municipal. l. ij. §. si autem. C. de iur. calum. Nam unicuiq; li citum est his quae pro se introducta sunt renunciare, l. si quis in conscribendo. C. de pact. & c. quam periculosem, 7. q. i. Aliqui uolunt, quod singulorum requiratur consensus, nisi al leuiarentur in angarijs. Secus ergo in alijs non subditis, qui bus huiusmodi mutatio uel minoratio non præ iudicat. Inno. & Panor. in d.c. quanto, de iureiur,

Quod moneta intelligatur de aurea &
argentea, Cap. v i,



Ciendum est, quod appellatione monetæ intel ligatur moneta aurea & argentea, secundū Gui do. Papæ, q. 492. p glo. uer. numos. & glo. uer. pecuniae, & ibi doct. in l. ij. C. de fal mo Nam ap pellatione pecuniae, continetur aurum & argen tum, per l. pecuniae, ij. & iiij. ff. de uer. sig. Probatur etiam ex generalitate Rubr. C. de fal. mo. sub quam ponuntur leges lo quentes, tam de aurí quam argenti moneta, ut in l. i. & ij. Eo quia appellatione pecuniae uenit large totum patrimonium, & quicquid homines habent in terra, per tex. & Bart. in l. co gi. in prin. ff. ad trebel. & in l. talis in prin. ff. de leg. i. Vbi dici tur, quod quando uerbum pecunia à testatore proferitur, omnia quae in numero, pondere, uel mensura consistunt, com prehen

prehenduntur. Nam quia pecuniam habet, facile omnia habet, Bal. & doct. in l. iij. C. de consti. pec. & sic omnis res, & omnne commodum aestimabile, intelligitur appellatione pecuniae à pecoribus dictæ. Eo quod quicquid antiqui habebat, in pecoribus consistebat, Bart. & doct. in l. i. §. an potest, ff. de constitu. pe. & in l. quisquis, ff. de leg. iij. Alex. in l. singulat. per l. ij. §. item mutuum, ff. si cer. pe. & l. ij. C. de consti. pe cu. per tex. Arch. & doctores, in c. quicquid. & in c. sunt non nulli, i. q. i. & tex. in c. totū, i. q. iij. Tex. Glo. Card. & doct. in Cle. ij. §. i. de hære. Sed secundū cōmunem usum loquendi regionis, nominatione pecuniae accipitur proprie & stricte de numis, Bar. & doct. in d. l. i. §. an potest, per tex. in l. i & l. sed & si. §. pecuniae, ff. ad macedo. c. putant quidem, 14. q. 3. & sic stricte accipitur in rescriptis secundū Inno & doct. in c. sedes de re. Et sic rei appellatio latior est q̄ pecuniae, l. rei, & l. nominis, ff. de uer. sig. Vbi dicitur, quod appellazione pecuniae significatur res, quæ est in patrimonio, ergo non res sacra, uel liber homo, & tamen dicitur res. Non autem appellatio pecuniae uenit celsio nominis debitoris, Glo. in l. legaui ad fi. ff. de lib. leg. Necq; uenit pecunia falsa, uel reprobata, secundum Bart. in l. quamuis, ff. de aur. & arg. leg. & Alex. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. act. Necq; includitur pecunia signata in fæculo uel arca, sed tantum pecunia numerata, Bart. & doct. in l. nam quid, §. fi. ff. ad trebal, & l. pecuniae, de uer. sig.

COROLLARIUM PRIMVM.

INfertur quod hodie in contractu, uel etiam testamento rusticī appellatione possessionum non uenit pecunia, licet etiam possideatur, nisi de consuetudine loquendi contrarium probetur, Bart. & doct. in l. uxorem, §. legauerat, ff. de leg.

D 2 iij. Cy.

IOANNES AQUILA
iiiij. Cy. Bal. & doctores in l. si. C. de compensa.

COROLLARIUM SECUNDUM.

Elicitur quod pecunia proprie est res mobilis, quæ seruanda seruari non potest, quo ad fructum secundum usum ad quæ est destinata, licet bene quo ad oculum seruetur, Glo. Bart. Alex. & doct. in l. interdum, ff. de condit. indeb. Bart. in l. i. §. fuit quæstum, ff. ad trebel. Bal. & doct. in l. iii. ff. ad maledo. Alex. in l. singularia, per l. non omnis, §. i. ff. si cer. pe. l. ii. ff. de usufru ea. re. & insti. de usufru. §. constituitur etiam si sit redacta ex re immobili. Bal. in l. ea demum. C. de colla. Ni si esset destinata in emptionem prædiorum, quæ non posset alienari a tutore absq; decreto iudicis, licet alia regulariter alienari, ac delegari possit pecunia absq; decreto iudicis. Ex quo est res mobilis. Ray. Bal. Ang. & doct. in l. cætera, §. sed si paraverit, ff. de leg. i. Barth. in l. potest. ff. de auct. tuto. per tex. & Ro. in l. quid ergo, §. quid ergo, ff. de contrario iud. tute. per glo. & doct. in d. §. fuit quæstum, ff. ad trebel. Panor. in c. nulli de reb. eccl. non alie. & Io. de ana. & Feli. in c. li. cet hælt. de simo,

COROLLARIUM TERTIVM.

Ex iam dictis innuitur, quod pecunia mutuata si extat, & non sit consumpta, neq; alienata, ut discerni non possit, cōmixta, tunc illa pupillis est reddenda, & eam esse consumptā probare debet debitor, qui eam accepit, & non qui mutuavit, secundum Bal. Sali. Ro. Paul. & Alex. contra Ia. Butri & Albe. in l. non omnis, §. si pupillis, ff. si cer. pe. Et si pecunia non soluatur, ut debita est, interesse peti potest, secundum Spe. de fruct. & interesse, §. v. in prin. & ibi in add. Et extenditur proce-

procedere in foro utroq; etiā Canonico, uidelicet quod licet
tum est creditorū ultra sortem petere interesse, non solū dam-
ni emergentis, sed etiam lucri cessantis, secundum Anth. de
buth, Panor. & doct. in c. conquestus de usur. & Panor. in c. p.
uestras de dot. post diuor. resti. fa. no. in c. fi. de usur.

**Quod quilibet debeat impedire, ne fal-
sa cudatur moneta. Cap. viii.**



Visquis non prohibet cudi falsam monetam,
dum prohibere potest, tenetur poena falsi, per
l. lege Cornelij, g. ff. de fal. & l. i. C. de fal. mo.
Nec distinguitur, an id posset ratione officij
uel non, per d. l. i. in prin. & s. actore. Ergo for-
tius puniendus est, qui non prohibet, qui impedit posset, ne
suus proximus offendatur. Personæ quippe hominum sunt
rebus cæteris digniores, ideo præferendæ, l. sancimus, C. de
sacro sanct. Ecclesiæ, & c. præcipimus, 12. q. 2. Et omnia gra-
tia hominum sunt inducta, l. in pecudum, ff. de usufruct. Sa-
lus enim hominum æstimari non potest, l. pe. s. fi. ff. de dona.
Vnde Cicero l. Officiorum inquit: Qui non defendit nec ob-
sistit iniuriæ si potest, tam est in uitio quam si parentes, aut
amicos, aut patriam deserat. Et subdit, quod tales magis dé-
linquunt quam iniuriam inferentes, qui interdum ex iustitiæ
ratione mouentur. Facit l. i. s. fi. cū ibi no. ff. de mort. infe. re-
fert, & sequitur, Lucas de penna, Inn. l. i. In. 18. q. C. pub. leti-
lib. xij.



**Multa sp ecialia esse in falsa mo-
neta. Cap. viii.**

N criminē falsæ monetæ, primum hoc est sin-
D 3 gularē

IOANNES AQUILA

gulare, quod quilibet potest & tenetur accusare falsarii. Se cundum, accusator succubens, non punitur ut calumnia tor. Tertium, qd quilibet propria auctoritate falsarium monetae cape potest. Spe, de accusato. §. i, uer, hoc tamē. Quar tum, quod eximens falsarium captum a manibus iusticiæ punitur capitaliter. Quintū, quod falsarius moneta condem natus nō appellat. Spe, de appell. §. ii, uer. xxix. Sextum, qd is, in cuius domo falsa moneta crudatur, etiam si ignoret, punitur. per tex, glo, & doct. in c. quanto, de iure iur. Vbi ista poena non minoratur, ideo etiam in foro ecclesiastico ei statur, nisi esset ignorantia probabilis, utpote erat absens a Civitate, uel Provincia, secundū Phi. de fran, in d. c. quanto arg. c. cum in tua qui matri, accusa, possunt. Septimū est, quod fal sae monetæ crimen admittit socium criminis ad accusandum & testificandum, secundum Spe, de accusa, uer, itē repellitur.

Quām multifarie committatur crimen
falsæ monetæ. Cap. ix.

 Rimen falsæ monetæ cōmittitur primo, quando quis crudit monetam, quam crudere non debuit neqz potuit, lege Cornelia de falsis. Tenetur p l. qui falsam, l. qui nomine, & l. cornelia testimonia, ff. ad l. cornel. de fal. Teneturqz lege Iulia maiestatis, per l. si quis numum. C. de fal. mo. Ratio, quia crudere uel formare monetam spectat ad regalia, ut est tex. in c. unico, in uer. monetæ quæ sint regal. & l. i. §. cum deinde ærialium, ff. de orig. iur. Igitur non potest alteri competere, nisi ex Principis concessione. Secūdo sit falsa moneta (etiam si crudatur ab eo qui crudere possit) sed si crudit in falsa materia, utpote argenteos in stanno, & aureos in electro crudit, ea dem

dem poena punitur , per l. quicunq; numos, ff. ad l. cornel. de fal. & l. i. in prin. C. de fal. Tertio sit in forma falsa moneta etiam per habentem potestatem cuendii, sed non in tali forma impressione, uel signo talis monetæ, quia adulterino utitur signo. Tenetur l. cornel. de falsis, per d.l. lege cornelia testametaria, ff. ad l. cornel. de falsis. Quarto falsatur moneta in pondere, si legitimum non habeat pondus, per tex. glo. & doct. in l. i. C. de uete. numis. pot. lib. xi. & c. quanto, ubi per glo. i. & doct. de lure iur. Quinto & ultimo, tenetur q; expendit scienter falsam monetam, puta numos stanneos, uel plumbeos, rafos, uel tonsos, seu ex aqua subtiliter particula auri uel argenti exhausta. (Moneta autem dicitur rasa, ubi circumcirca per longum usum est erasa, ut quia erat argentea, iam effecta est ut æs appareat. Panor. in d.c. quanto.) talis tenetur poena legis corneliaz de falsis, quæ in libero regulariter est deportatio, & omnium bonorum confiscatio per l. i. & l. hac lege, ff. ad l. cor. de falsis. Vbi Bart. dicit, quod si ignoranter punitur extra ordinarie arg. l. saccularij, ff. de extraord. cri. & Panor. in d.c. quanto. Dummodo expendens doceat se ab alio habuisse, licet testes non deponant de nomine. Si alias honesta reputetur persona. Alias debent de nomine testes deponere, secundum Ia. Butri. & Ang. in l. maiorem, C. de fal. Aret. in tract. malefic. in uer. falsario. uer. quæro an ille qui expendit. Bal. consil. 34. lib. 5. Raph. crimen consil. 138. Cepol. consil. 28. & Alex. consil. 104. & in d.l. lege cornelia. Et qualiter formetur libellus in huiusmodi criminis habetur per Spe. de cri. fals. in prin.

COROLLARIUM PRIMUM.

INfertur, quod si Princeps ualentem monetam reprobet, & minus ualentem acceptet, ut de reprobata bonum forum habeat

IOANNES A QVILA

habeat, quia illam conflare & cudi faciat, & sic lucrum habet, utiqz fraudem dicitur facere. Host. & Panor, ubi sup. per l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. act.

COROLLARIVM SECUNDVM.

INde elicitur, quod extra auctoritatē publicam cudent monetam, licet bona, tamen tenetur de falso, secundum Alex. & doct. in l. singularia, ff. si certū pē; per Glo. & doct. in l. sacrilegi, ff. ad l. Iuli, pecul. & glo, ac doct. in c. quanto, de iureiur.

COROLLARIVM TERTIVM.

Deniqz innuitur, quod moneta falsatur trifarie. Primo in forma, quando imprimitur signum, seu character ilius, qui eam cudi non facit, neqz commisit, per l. falsi nominis & l. qui nomine, ff. de fal. & per d. c. quanto. Secundo ex materia metallica, uidelicet quando sit de ære, uel stanno, aut nō de debita liga, Bart. in l. paulus, ff. de solu. Seu ubi immiscetur materia non debita, per l. qui numos, & l. cornelia, i. ff. de fal. Tertio ex pondere, Nam ista tria sunt de substantia monetæ, per l. i. §. i. ff. de contrahen. empt.

Quæ & quot sīnt pœnæ falsatoris monetæ. Cap. x.



Ecimo præmitto ad euidentiam, quod falsans monetam Principiis, punitur pœna legis Iulie maiestatis, quæ est taxata in l. si quis, C. defal. mo. ut flamarum exustionibus mancipientur, siue aurea, siue argentea moneta Principi superiorem non cognoscens. indistincte est ignis pœna, quicquid,

quicquid distinxerint glosa & doct. in l. fl. ad fl. C. de uet. nus-
mis. pote. li. xi. probatur per d. l. ij. cū glo. flammarum. C. de
fal. mo. Et talis peccat mortaliter, secundum Host. lo. an. An-
cha. Imo. in d. c. quanto, per tex. ibi seruans falsam monetam
agit inique, ergo fortius falsans per extrauag. lo. 22. prodiēs
ex adipe, quæ excommunicat omnes in regno Franciae. Et te-
netur omne damnum illi personæ, communitati uel populo
damnificato restituere. Vel si nescietur persona, tenetur saltē
pauperibus erogare, secundū doct. ubi sup. & Host. in summa
de cens. §. ex quibus, uers. quid si moneta, per c. peccatum de
reg. iur. l. 6. & arg. eorum quæ no. in c. cum tu. de usur. Exten-
ditur procedere idem in eo qui accepit ignoranter falsam
monetam, & postea expendit scienter pro bona, quia damnū
tenetur restituere, quando est magnæ importantiæ. Secus
in exponente usualem denarium, secundum Ang. in sum. de
falsa. uer. iiiij. Qui uero radit uel tingit nummos, si est liber, da-
tur bestijs; si seruus, ultimo supplicio afficitur, per l. quicunq;
ff. de fal. Glo. Cy. & doct. in l. si qs. C. de fal. mo. Bal. & doct.
in l. fl. C. de uet. numis. po. lib. xi. Glo. lo. an. & doct. in d. c.
quanto, de iure iur. Spe. de crimine falsi in prin. Falsans au-
tem monetam alterius punitur mitius, ut ciuitatis punitur
poena capitales, per l. i. C. de fal. mo. Et cum poena capitalis sit
multiplex, per l. ij. ff. de pub. iud. & interpretatione legum poe-
næ moliendæ sunt, l. interpretatione, ff. de poenis. Intelligitur
poena nō mortis naturalis, sed ciuilis, ideo potest imponi exi-
lium, uel relegatio, interdum bonorum confiscatio, interdum
conseruantur bona uenientibus ab intestato. Quia tales sunt
poenæ capitales, ubi non leditur maiestas. Host. & Panor. in
d. c. quanto, per glo l. ij. ff. de pub. iud. & Auten. bona. C. de bo-
nis damna. Fallit si impubes hoc crimen commisit, qui taliter
non punitur, secundum Spe. de dona. uer. quid si impubes fa-
bricat falsam &c.

IOANNES AQVILA

COROLLARIUM PRIMVM.

INde elicitur, quod falsans monetam Regis, Ducis, Comitis, Baronis, uel Ciuitatis, & sic a Principe inferioris puniri potest, iure poena capitii Ciuilis, id est deportationis: non naturalis, id est mortis. Bal. Sali. & doct. ij. C. de fal. mo. Alex. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno. actione, lo. an. & doct. in c. quanto, de iure iurando. Alex. consil. 104. uol. 1.

COROLLARIUM SECUNDVM.

INfertur, quod fabricans falsam monetam alicuius inferioris, utpote in loco statuti punientis fabricatorem falsae monetæ. Et si ibi non expendatur poena statuti non punitur, secundum Alex. sing. & ple. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pigno. act. Vbi dicit se ita uidisse obseruari in facto Ferrariae. Eo quia istud statutum intelligitur de fabricante monetam currentem in loco statuti poenalis. Alex. consil. 104. quartæ partis.

COROLLARIUM TERTIVM.

DEnig ex supradictis innui uidetur, quod ille non dicitur falsam monetam fecisse, qui eam incepit, sed formam non impressit. Et ideo puniri non debet, tanquam delictum consumauerit, per tex. & Bar. in l. qui falsam, ff. de fal. l. ij. & ibi Bal. C. de naut. feno.

Finis primæ partis huius libri.

PARS ALTERA LIBRI
H V I V S , D E M O N E T A .

18

Dum certa esset moneta in Provincia, ortae sunt multæ obligationes magnarum quantitatum, ex Contractibus, ultimis Voluntatibus, Constitutionibus, Legibus seu Statutis, Sententijs, Arbitrijs seu Arbitramentis, Delictis, Depositis, Commixtis, Dotibus. Duæ aliquando erant tunc monetæ ualidæ, & postea ex causa iusta (ut quia erat moneta in ualore nimis diminuta) à Principe est reprobata & augmentata. Vel iniulta, ut pote ex avaricia, ut inde asequatur lucrū, est mutata & diminuta moneta. Iam hæsitatur tempore exactionis debitæ obligationis, cuius sit lucrum uel damnum augmentationis uel diminutionis monetæ, an creditoris uel debitoris, unde oriturclare

THEOREMA PRIMVM.

Circa festum Ioannis Baptiste, ualebat aureus numerus xxx, solidos monetæ usualis, & tunc ex contractu mutui, depositi, emptionis uel cōductionis celebrato, obligabatur Titius ad centum aureos personados ad festum Martini, quo tempore erat flosnus uariatus, ut ualeat plus uel minus, quæritur in qua moneta solutio est facienda.



Ypothesis hic supponitur ista, uidelicet quod monetæ siue pecuniae ualiditas est bina atq; bifaria. Una intrinseca, quæ existit in materia metallica, liga, & forma impressa. Et ista uaria-

E 2 ta

IOANNES AQVILA

ta uariatur, & omnis alia uocat moneta. Et idcirco uera solutio debet, si ualet, fieri in antiqua moneta, aut aliâs in eius aestimatione iusta, nempe uidetur tacite actum inter contrahentes, ut debitum seu mutuum debeat functionem, seu solutionem recipere in eo: em genere & eadem qualitate monetæ, per tex. Bar. Fran. de curt. & doct. in l. cum quid, & l. ij. ff. si cer. pe. per l. i. ff. de contrahen. empt. l. i. & f. C. de uer. numis. po. li. xi. c. quanto, in uer. moneta patris tui (& ubiqꝫ doct.) de iure iur. Altera est bonitas seu ualiditas pecuniae intrinseca, utpote ualor. Nam bonitate intrinseca manente, uariatur saepè ualor secundum communem cursum seu usum monetæ. Nam aureus numus, qui appellatur florenus, qui ante aliquot annos ualuit 30 solidos in cruciferti, hodie ualeat duntaxat 28 solidos obulorū in ternarijs Ducatus Vuitenbergensis, atqꝫ Marchiæ Badensis. Et ista uariatio mone tæ nō aduertitur seu inspicitur, nisi à tempore moræ, per tex. Bar. & doct. in l. paulus, ff. de solu. & in d.l. cum quid, per l. ui num. ff. si cer. pe. c. olim, & c. cū Canonicis de censi. & Cle. ff. & ibi Glo. Card. Panor. & doct. de decimis, Pe. & Cy. in l. in minorum, C. in quib. ca. in integ. resti. non est necess.

PRIMA conclusio assertiva est. Quod si quando debitor nullam fraudem habuit conscientiam, uel culpam reprobationis, uel mutationis monetæ, utpote augmentationis, uel diminutionis factæ à Principe uel communitate, tunc sufficit reddere pecuniam in eodem genere, pondere, & ualore, & si diminuta sit quo ad cursum illius terræ. Etenim quando pecunia ex contractu debetur, semper tacite actum intelligitur, ut in eadem bonitate intrinseca, aut eius aestimatione pecunia detur, quæ erat tempore obligationis contractæ in cōmuni cursu & solutione, per tex. Bart. & doct. in d.l. paulus. Aliâs decipit creditorē, ff. de solu. & in d.l. cū qd, & l. perinde. ff. si

ff. si. cer. pe. per tex. Host. Io. an. Bohic. & doct. in c. quanto,
de iure iur. in c. olim causam, & c. pe. de censi. Ro. consil. 123.
Astens. li. iiiij. de sol. ar. 5. q. Sed quid si mercator, per tex. in l.
fundum cornelianum, ff. de noua. cum si.

Altera conclusio assertiva est. Quod si Bar. & doct. in
d.l. paulus, & in d.l. cum quid, ibi Bal. & in add. Spe. de
solu. §. nunc aliqua ad si. per tex. & Bar. in l. cum certam auri.
ff. de aur. & arg. uelint quod quando extrinseca ualiditas pe-
cuniae uariatur, quod solutionis tempus inspiciatur, tamen
uidetur uerius, quod etiam quo ad extrinsecam pecuniae uali-
ditatem attendi debeatur tempus cuiuscunqz contractus, ut
debitor ad extrinsecam ligatus aestimationem, quae currebat
tempore non solutionis, sed contractus secundum Azo.
in Brocard, qui dicitur fons iuris, ut utar uerbis Bal. in l. con-
tractus, C. de fide instr. Old. in consil. 3 i. ad si. & 249. Io. an.
& doc. in d.c. quanto, Imol. Buth. & Panor. in c. olim causam
de censi. Imol. Card. Ancha. ubi refert plures doct. ita consu-
luisse in Cle. si. in uer. consuetam & currentem pecuniam seu
monetam de decl.

COROLLARIVM PRIMVM.

Quod si quando numisma est reprobatum, eo quod in ua-
lore erat nimis diminutum, tunc debitoris est periculum,
quia tenetur soluere in ualore quo erat tempore mutui, seu al-
terius obligationis contractae, per tex. Glo. Bar. Fran. curt. &
doct. in d.l. cum quid. Host. Bohic. & doct. in d. c. quanto.
Ro. consil. 123. Spe. de solu. §. i. ad si. per c. olim, & c. pe. de
censi. Genz. in Cle. si. de deci.

COROLLARIVM SECUNDVM.

E 3 Simo-

IOANNES AQUILA

Si moneta erat mutata seu variata per avariciam Princis, & debitor fuit in culpa, uel conscientia illius fraudis, uel fuit in mora solutionis, tunc iterum damnum deterioratis est debitoris, qui iuxta antiquam monetam, uel eius aestimationem debet facere solutionem, per tex. & doct. in l. quid mihi, & l. periculum, ff. si cer. pe. Cy. & doct. d. l. in minorum, C. in quib. ca. in integ. rest. Host. & Bohic. in d. c. quanto, per c. olim, & c. cum Canonicis de censi. Astens. l. iij. de solu. arti. 5. q. Sed quid si. Et mora moroso debet esse nocua, l. quod te ff. si. cer. pe. l. si ex legati causa, ff. de uer. ob. c. mora de reg. iur. li. 6. Ideo tenetur ad interesse damni & lucri. l. iij. ad ff. ff. de eo qd cer. lo. Bart. in l. i. C. de sen. quae pro eo qd intereat.

COROLLARIVM TERTIVM.

Elicitur, quod emphiteuta uel colonus, qui conduxit emphiteusim pro qualibet anno ad soluendum florenos centum, tenetur soluere de moneta antiqua, uel eius aestimatione currente contractus tempore, non obstante numismatis facta uariatione. Butrig. in q. quidam colonus, Bal. in l. acceptam, C. de usur. Curt. in d. l. cum quid. Nam pecunia usitata est in obligatione, ideo est certum quid & quantum sit debitum, arg. l. stipulationum quædam, ff. de uer. ob. l. certi conditio. §. i. ff. si cer. pe. & l. fundum, ff. de noua. Nisi ipse emphiteuta se fuisset & esse in possessione continuata probauerit longo tempore soluenda Læcis, uel 40 annis ecclesiasticis monetæ usualis & iam currentis. Ex quo iam completum est tempus præscriptionis, Bal. Ias. & doct. in l. si certis annis, C. de pactis. Glo. Ias. & doct. in l. iij. C. de iur. emph. per tex. in c. quanto. & c. penul. & ibi, doct. de censi.

Theo

THEOREMA SECUNDVM.

Sit tempore conditi testamenti erat una moneta, & tempore mortis testatoris alia, queritur, de qua est solutio facienda, quo ad legata & alia ex testamento debita.

Beuis ac communis theorica est, quod pecunia ex testamento debita debet solui de moneta usuali, communiter currēti, & expendibili tempore testamenti conditi. Albe, & doct. in l. cum quid, ff. si cer. pe. Panor. & doct. in c. olim causam de censi. Oldra. consil. 31. Ro. consil. 123. per tex. in l. uxorem, §. testamento, ff. de lib. leg. & in d. c. olim causam. Moderatur & limitatur procedere, in legatis particularibus rerum & pecuniarum, in quibus aspicitur tempus testamenti. Secus in uniuersalibus fideicommissis & legatis, in quibus consideratur tempus mortis testatoris, secundum Fran. curt. in d. l. cum quid, per glo. ord. sing. & approbatam, in l. pe. ff. de fund. instruct.

Corollarium. Insertur, quod si uxori maritus legauit 100 florenos, & superuixit tatum, ut moneta uariata sit multum: iuxta antiquam monetam, seu in eius aestimatione, est soluendum legatum, per tex. & Panor. in d. c. olim, & d. §. testamento.

THEOREMA TERTIVM.

An ab obligatione liberetur debitor, qui soluit monetam reprobam, quam approbauit campsor, & eam pro bona expendit creditor.

Brevissi -

IOANNES AQ.VILA



Reuissime asseritur, quod non per tex. Glo. Bar. Paul. & doct. in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pig. actio. ubi dicitur, quod soluens pecunia reprobam non liberatur, sed non cogitur debitam pecuniam soluere donec restituatur, si pecunia reproba in se uel sua aestimatione, quando reproba per camporem fuit approbata, & per creditorem accepta, & sic expensa pro bona. Nam tunc ipse tenetur illis, quibus eam expendit. Intelligitur procedere ubi ignorans fuit illam esse reprobam. Secus si erat sciens. Nam tunc liberatus est primus soluens, secundum Bart. & doct. in d. §. qui reprobos numeros soluit, per l. tutor uer. sed si sciens creditor accipiat, & l. si rem, §. omnis pecunia exoluta esse debet, aut eo nomine satisfactum esse, ff. de pig. act.

THEOREMA QVARTVM.

Papa ordinavit & constituit, quod Abbas Bebenhusensis annue pro congrua portione assignaret centum & quadraginta aureos, uicario suo Tubingae, uariata est n. metta Tubingensis auctoritate Principis, queritur qua moneta huiusmodi congrua portio est soluenda.



Esponsuia assertio est, quod si ista ordinatio Papalis habeat vim constitutionis fauorabilis, quae aequiparatur uoluntatibus ultimis, iuxta auream theoricam Nicol. de matarel. & Bar. in l. i. q. pe. ff. de reg. catho. Pe. & Cy. in l. fi. C. co munia de leg. Bal. in l. pe. C. de uer. sig. & in c. i. in uer. quos Romanorum de pa. constan. Alex. in l. si ita stipulatus, ff. de uer.

uer. ob. & Princeps sciuit ualorem monetæ tunc currentis, ut Turonensis, uel Hallensis, aut Pingensis, quæ ab olim fuit communis, tunc debet solui antiqua moneta, uel eius æstima-
tio usualis, quæ erat tempore ordinationis seu constitutionis secundum Old. consil. 249. Agitur enim de bonitate intrinse-
ca, per l. cum quid, Laudeñ. & doct. ff. si. cer. pe. Buth. & Pa-
nor. in d.c. quanto, per tex. Ancha. & doct. in c. olim, &c. pe.
de cens. Secus forte si ordinatio Principis ualorem monetæ
ignorantis habeat uim rescripti odiosi, uel præcepti aut sta-
tuti poenalis. Nam tunc inspicitur tempus solutionis, & ua-
lor monetæ tunc currentis, secundum Spe. & Io. an. de ob. &
sol. §. nunc aliqua, ad fl. Bal. in l. illud ad fl. C. de sa. san. eccl.
& in l. ij. C. communia deleg. Bohic. in d.c. quanto, Ana &
doct. in c. ij. de delictis pue. Guil. & Imol. in Cle. si beneficio-
rum, in uers. currentem monetam de deci. Quæ intelligitur,
quando ordinatio non alteratur, quum moneta uariatur,
tunc iuxta monetam nouam etiam uilem uel eius æstimatio-
nem fieri solutio, ad mentem Ro. consil. 133. per l. cum certū,
in uers. precium præsentis temporis, ff. de aur. & arg. leg. arg.
l. fl. C. qui admitt. ad bo. poss. & l. unica, §. fl. C. de rei ux. act.
& §. ut autem, in Auten. de reb. non alie mitatur procede-
re, dummodo mens statuentis possit se uari uolentis mensu-
rare poenam delicti quod debet fieri. Panor. in d.c. quanto, p
l. respiciendum, ff. de pe. &c. non afferamus, 24. q. 1.

COROLLARIVM PRIMVM.

INfertur, quod ubi moneta à lege uel statuto est taxata, qd
de usuali, tunc in dubio debet intelligi, & non de hodierna
currenti secundum Bal. in q. fl. d. l. illud. C. de sa. sanct. eccl.
& in l. quicunqz. C. de ser fug. per tex & doc. in d.c. olim cau-
sam, &c. cum in canonicis de cens.

IOANNES A QVILA
COROLLARIVM SECUNDVM.

INde elicitur, quod si uariata est moneta auctoritate alicuius secularis personæ, uel cōmunitatis, nō præiudicat per sonis ecclesiasticis, secundum Old. consil. 249, ad secundum quæstum. Nam secularis constitutio non uariat ecclesiasticis obligationem, sed demonstrat qualiter fieri ualeat solutio, pro ut antiqua est moneta, uel eius æstimatione, per l. quidem, ff. de leg. 1. Eo quia Laicorum constitutiones & statuta personis, uel rebus ecclesiasticis non debent uel possunt esse præiudicativa, per c. bene quidem, 96 dicit, c. quæ in ecclesiærum, & c. ecclesia S. Mariæ de constitut. Auten, statutimus, C. de sa. sancti, ecclæ, cum simili.

COROLLARIVM TERTIVM.

Deniq; innuitur, quod ubi à lege uel statuto municipaliter poena pro delicto est imposita, debet intelligi de moneta usuali illius loci, ubi delinquitur, & sic de pecunia nunc currenti intelligitur, secundum Glo. Alex. & ibi plene dixi in l. ff. de in ius uo. per c. pe. de censi. & dixi post Card. in Cle. ij. de deci. Bal. ubi sup. & in add. Spe. in uer. obligatio legalis t. de ob. & sol. §. nunc aliqua ad ff. Alex. consil. 21. secundæ partis,

THEOREMA QVINTVM.

Vbi lex uel statutum facit mentionem pecuniae uel pecuniarie, queritur quale attendi debeat tempus in estimatione seu impositione pecuniae uidelicet pecuniarie, an tempus constitutionis uel solutionis pecuniae,

Respon-



Espondetur & distinguitur sic: Aut statutum loquitur circa solennitatem dispositionis non adiiciendo diem, ut dicēdo, donatio excedens quin gentos aureos debet insinuari. Et tunc tempus conditi statuti debet considerari. Aut statutum disponit super solutione pecuniae adiiciendo forte diem solutioni, & tunc tempus quo oritur obligatio, & quo poena debet solui habet considerari. Albe. & Curci. in d.l. cum quid, ff. si cer. pe. Spe. & Io. an. de ob. & sol. §. nūc aliqua ad fl. lmo. in Cle. ij. de deci.

THEOREMA SEXTVM.

Quid si in sententia iudicū, seu in præcepto arbitrū cōdemnatiū in certa quantitate, quærīt de qua in dubio intelligi debeat moneta uel aestimatione.



Vccincta assertio est, quod in dubio attendi debet tempus sententiæ, seu arbitratus, uel arbitramentis, & de pecunia usuali, & tunc currenti, Old. consil. 13. & aliquid in consil. 168. Ancha. in c. olim de censi. & Panor. in c. quanto, de iure sur. Nam tempus datæ sententiæ seu arbitrij debet considerari arg. c. eam te. & c. constitutus de rescriptis.

COROLLARIVM PRIMVM.

I Nde infertur, quod ubi in ciuitate uel regione currunt frequenter diuersæ pecuniae, inde etiam sunt ibi diuersæ libræ, tunc debitoris in dubio est electio, quam uelit soluere secundum uerisimiliorem loci cōsuetudinem, quæ etiam nō numiū deteriorē creditoris faciat conditionē, & sic intelligitur de

IOANNES AQUILA

pecunia uilliori, secundum Bart. & doct. in l. paulus, ff. de solu. Ange. & doct. in l. si. C. de uer. numis. po. lib. xi. Glo. & doct. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. per l. numis, & ibi Bart. & doct. ff. de leg. iij.

COROLLARIVM SECUNDVM.

INde elicitur alterum. Quod in contractibus atq; stipulationibus appellatione florenorum intelliguntur h̄ij, qui uigent in regione uilliores. Alias tamē inspici debet rei qualitas, secundum Bar. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & in l. ubi autē, Alex. in l. stipulationū in prin. ff. de uer. ob. & in consil. 25. quartæ partis.

THEOREMA SEPTIMVM.

Quid in deposito uel mutuo mixto, utpote aliquis mutuauit, uel deposituit centum libras in florenis, & intra obligationis & solutionis tempora uaria tur libra, an attendatur tunc tempus obligationis uel solutionis.



Reuister responderetur, quod & si Bart. in l. si quis stipulatus fuerit. x. in melle, ff. de solu. uelit quod floreni sunt in obligatione, & sic tempus solutio nis debeat considerari, per l. ubi autem qui sortem, ff. de uer. ob. Tamē idem Bart. in l. paulus, ff. de solu. dicit quod mutuans uel deponens, uideatur florenos dedisse pro centum librīs, quo ad aestimationem, & sic omne periculum & damnnum pertineat ad debitorem, & sic debeat inspici tempus solutionis quo ad aestimationem, per tex.

tex. in d.l. si quis fuerit stipulatus decem in melle, iuncta l. æstimata, ff. sol. ma. Nisi expresse egisset, quod debitor deberet soluere centum libras in florenis. Fran. curt. in l. cum quid, ff. si cer. pe. Ancha. & doct. in Cle. fi. de deci. per l. pe. §. mancipia, ff. solu. mat.

THEOREMA OCTAVVM.

Quid si in instrumento dotis maritus confites tur se habuisse & recepisse à socero mille aureos seu florenos boni auri, iusti pôderis & characteris, quæ ritur, an soluto matrimonio absq; liberis cogatur restituere mille in auro, uel an possit in moneta fieri solutio?



Espondetur clare, quod de scripto iure in auro debet restituere, secundū Marti. laudē. & Fran. de curt. in d.l. cum quid, per tex. Lucam de pena & doct. in l. i. in uerf. iusti ponderis sint. C. de uet. numis. po. li. xi. tex. glo. & doc. in c. quanto, in uerf. monetam patris tui de iure iur. Eo quia ista uerba geminata, boni auri & iusti ponderis, multum operātur, per l. balista, ff. ad treb. Ita ualidi doct. Petrus Besucius & Robertus de Tortis consuluerunt Mediolani in consil. incipiens. Anthonius Ottho. Ita Ancha. refevit suum doctorem Bal. consuluisse in ciuitate Axioli post Bart. in d.l. paulus, ubi dicit Ancha, in d. Cle. fi. de deci quod floreni sint in obligatio ne. Nisi aliter seruaretur de consuetudine, uel dati essent expresse in dotem ad rationem librarum & nō florenorum sim pliciter, quia ista æstimatio esset tunc, & non maior reddenda, per l. numis. ff. de leg. ff. Alias non posset cogi creditor

IOANNES AQ.VILA

pro auro accipere monetam Bart, Bald. & Ang, in l. lecta, ff.
si cer. pe. & in d.l. paulus, ff. de solu,

THEOREMA NONVM.

Vtrum moneta aurea solui ualeat pro argentea,
& econtra. Atq; aurea pro altera aurea , & argentea
pro altera argentea , etiam inuitio creditore.



Olutio potest esse, quod ex generali consuetudi-
ne una moneta expendatur pro altera, ut aure-
us Vuirtenbergensis pro Badensi. Ita etiam so-
lidus obulorum Badensis pro Vuirtenbergen-
si. Et huiusmodi solidus argenteus pro sex de-
narijs, & sic potest quis de consuetudine unam monetam au-
ream pro altera aurea , & unam argenteam pro alia argen-
tea soluere, secundum Fran. curt, in l. ij. & d.l. cum quid, ff. si
cer. pe. Ex quo illæ monetæ inuicem recipiunt functionem
in suo genere per l. i. §. ff. & l. ticia, ff. de aur. & arg. leg. Nisi
aliter esset expresse actum, uel nisi ipse creditor passurus esset
damnum, quia aliorum profecturus, ubi illa monetæ non re-
cipierent functionem in suo genere. Bart. in d.l. paulus, & in
l. libera, C. de sen. & inter lo. Bal. & Curt, in d.l. ij. per glo. l. si
quis argentum, C. de donationibus,

COROLLARIUM PRIMVM.

Infertur, quod & si aliud pro alio inuito creditor regulari
ter non possit solui, per tex. Glo. uer. non potest. Bar. Ias.
& doct. in l. ij. §. mutui, ff. si cer. pe. Fallit tamen in auro uel
argenteo debite p tributo, ubi potest solui pecunia ære nō cō
taminata in numero. Albe, Iaso. & doc. in d. §. mutui. Ro. in
l. cum

I.cum quid, ff. si cer. pe. per l. i. & ibi doct. C.de argentí pre-
ciis li. x. Vbi ple. p. doct. & in d. §. mutui ad saturitatē uideat.

COROLLARIUM SECUNDVM.

Elicitur, quod ubi una moneta recipit functionem, id est similem affectionem & utilitatem in genere suo pro altera, potest una soluī pro alia, siue aurea pro argētea, siue econtra. Nisi aliter expresse esset actum, uel quod manifeste esset passurus damnum, secundum Fran. curt. in l. cum quid, ff. si cer. pe. & ad mentem Iaso. in d. §. mutui, & in l. numis, ff. de in item iur.

COROLLARIUM TERTIVM.

Inuitur, quod si alicui mutuetur moneta reprobata, qui tam sua industria expendit pro bona, non committit falsum proprięte, neq; cogiuaret iure mutuanti bonam restituere, secundum Fran. curt. (post Bal. in quodam consil.) in d. l. cū quid, ff. si cer. pe. Eo, quia istae monetae non recipiunt inuicē functionem in suo genere. Neq; est commissa fraus in metallo, pōdere, charactere, seu auctoritate, causa auaricie ad mentem Bal. & Cur. ubi sup. Bohic. & doct. in c. quanto, de iure iur. per l. lege cornelia, ff. de fal. Nempe ubi poena à iure uel statuto non est expresse imposta, tunc illa est arbitraria per l. i. §. i. ff. de effrac. & expila. & l. i. ff. de iur. delib. & c. de causis de offi. deleg. Igitur expendens scienter pecuniam à Principe reprobata pro bona, non tenetur falso, poena uerunta men extraordinaria.

THEOREMA DECIMVM & ultimum.

Quid

Quid si duæ monetæ currunt in aliqua ciuitate
uel regione, quæritur de qua ualeat debitor credito
ri soluere.



Esponsiua dilutio est ista, quod ubi æque in u-
su sunt duæ monetæ, est debitoris electio, de
qua uelit, & sic forte de minori soluere. Alias
deberet soluere de usitatiore, secundū Panor.
post Gotfrid. & Host. in c.ij. de maledi. Bar.
Alex. & doct. in l. quotiens in prin. C. de suscep. li. x. Fa. no.
glo. & doct. in l. fl. ff. de in ius uo. §. fl. insti. de poena teme. li.
tig. in l. quicunq;. C. de seruis fug. in Rubr. C. de uet. numis.
po. li. xi. & in §. Si quis quinç solidos de pa. tenen. Glo. fl. &
Panor. in d. c.ij. de maledi. per tex. in l. numis, ff. de leg. ij. &
tex. in c. ex parte de censi. cum concor.

COROLLARIUM PRIMVM.

INsertur, quod debitoris est electio, ubi duæ æqualiter cur-
runt monetæ, de qua uelit soluere, secundum Glo. Goff
Panor. & doct. in d. c.ij. de maledic. tex. & doct. in d. l. numis
& facit l. numis, ff. de in litem iur. Maxime ubi esset de consue-
tudine, quæ confirmata esset moribus gentis Ciuitatis, uel Pro-
uinciae, ita ut nulla cuiusquam debet uiolari libidine. Turpis
enim pars omnis uniuerso suo non congruens, c. quæ contra
mores, s. dist. & c. tuas de sponsi. duo. Itaq; q; quis rebus præ-
tereuntibus, si uti vult, ut metas consuetudinis horum inter
quos uersatur excedat, aut uelut intemperans, aut uelut su-
perfstitiosus damnari debet, inquit Augustinus in c. quisquis.
41. distinctione.

Corol-

• COROLLARIVM SECUNDVM.

Elicitur, quod si per confessionem seu census solutionē coloni seu emphiteutæ præsumatur contractum præcessisse, & sic ipsi præiudicetur in censuali iure, & regulariter in subiectione, vel protectione, per tex. Bal. & doct. in l. censu lis, C. de dona. c. tributum. 24. q. ult. c. ij. de censi. & c. solite. de maior. & obedi. Ideo ubi apparet solutio census facta ab emphiteuta colono, vel eius haerede regulariter in moneta contractus currente, licet perdidere instrumenta emphiteusis suæ, debet tamen dimitti in illo iure, secundum Bald. & doct. in l. si certis annis, C. de pactis, Ang. in l. cum satis, C. de agri. & censi. lib. xi. Fel. in c. cum Bertoldus de re iud. per tex. & Bar. ac doct. in l. uniuersas, §. per colonum, ff. de acqui. poss. & in l. litibus, in uero. longinquæ & inueterata reddituum suscep-
tio, C. de agri. & censi. lib. xi. c. ij. & ibi Ana, de iud. c. olim, & c. pe. ubi est tex. de censi.

COROLLARIVM TERTIVM.

Deniqz elicitur utiliter, quod ubi accipientes & soluen-
tes census, nihil expresserint de pecunia aliqua, tunc du-
bitatio sublevatur per solutiones præcedentes longo tempo-
re factas, quia ista pecunia uidetur fuisse in obligatione, in
qua diuturna solutio fuit secura, secundum Ang. Ias. & doct.
in d. l. si certis annis, C. de pact. per tex. Bar. ac doc. in l. cum
de in rem uero. ff. de usur. Et sic census præstatio diuturna,
ueluti uaga & æquiuoca (inde alijs circumstantijs sit iuncta)
arguit potius protectionem & recommendationem, quam re-
gulariem & totalem subiectionem, secundum Fred. de se, con-
sil. 130. Factum tale est quædam domus. Cald. consil. 5. de
G Priu-

IOANNES · A Q V I L A

Priuileg. Bal. consil. 75. pro ut refert, & sequitur eum Ma-
ria. in consil. 55. ut quæsitorum, Panor. consil. 103. primi uo-
lu. & in dispu. duo Clericali ordine insigniti, & Ple. in c. si. de
ca. poss. & proprie. in c. ij. & si. de censi. in c. recepimus, de Pri-
uileg. Feli. in c. Rudolphus, in uers. Comitatus de rescriptis,
& in c. cū Bertoldus de re iud. Ancha. Card. & doct. in Cle.
Ne Romani, §. Sane de iure tur. Fa. cle. i. de censi. Tamen im-
positio & solutio collectarum arguit soluentes esse de illius
cui solauunt iurisdictione, secundum Bal. & doct. in d. l. si certis
annis, & in l. iiij. C. de na. lib. & in l. data opera. C. qui accusa-
re non possunt, per tex. in §. Si quis ex qualibet in Auten,
qb. mo. na. eff. sui. coll. 7. Nos itaq; ueluti suos fideles subdi-
tos habeat recommendatos ille, cui ostendo numismate in-
quit, date Cæsari quæ Cæsar is sunt, & Deo quæ Dei sunt, ut
ip'se nos protegat, ac remuneret in hoc mundo, & super mun-
dano ubiq; locorum in æuum. Et sic (cum opitulamine Dei
omnipotētis, ad cuius laudem & studiosorum utilitatem est
æditum hoc qualemque opusculum) huius bipartiti operis
de potestate & utilitate numismatis Ioannis Aquilæ artium
atq; Iurium Doctoris, & humili interpretis, felix sit finis,
Amen.

Finis libelli Io. Aquilæ.

26

PRISCORVM

NVMORVM AESTIMATIO

PER BILIBALDV M PIRCKE YM=

herum Patricium Nurenbergensem.



Dmodum difficile est , priscam monetam tam auri quam argenti, cum auro & argento seu moneta huius temporis cōcordare, maximē ob auri & argenti ualorem, qui assidue uariatur , idqz monetariorum culpa , quibz paſſim licentia cuſuenda permittitur pecuniae . Hi ſiquidem quotidie aliqd tam de auri ac argenti puritate , quam pondere detrahunt , præcipue bellī tempore , & Principibus connuentibus . Hinc accidit , ut ſemper preciū auri & argenti augeatur . Monetarij enim quū licentiā habeāt monetā adulterandi , nō multum de preciū curant augmento , quū detrimentū illud abunde adulterando ſupplere ualeat . Mercatores etiam quoties moneta rios ob necessitatem aliquam emendi cupidos cernunt , aſſi due preciū augent . Verum damaū illud in uulgi , tandem etiam dominorum recidit caput , quum redditus & uectigalia illorum ſemper uiliori ſoluantur pecunia . Sed præſens lucrum licet puiſſum , magno futuro præfertur damno , non ſine in genti Regnorū , Prouinciarū ac Populorū detrimen- to . Hinc eſt quōd aureus Hungaricus , ſecundum quem com- muniter & aliud regulatur aurum , in maximum aſcendit pre- ciū . Nam noſtra memoria , tres aurei Hungarici , quatuor ualebant aureos Rhenenes , & aliquando etiam minus . Ve- rum hoc auo longe preciū hoc excederunt . Proinde ut ad aeftimatio nem ueteris monetæ quantum poſſibile eſt pertin gamus , in primis neceſſe eſt auri & argenti rationem , necnō

G 2 preciū

V E T . N V M O R V M A E S T I M A T I O

precium illorum hoc tempore considerare, ita enim quām p
pinquē ad ueritatem accedere poterimus. Hoc igitur anno,
id est, M. D. X X V I I I , auri puri Marcha Nurenbergensis
ponderis, hoc est, uiginti quatuor charatorum, aureos uale-
bat Rhenenses nonaginta tres. Licet in hac arte periti negēt
aurum ad uiginti quatuor charatos decoqui posse. Sufficit ta-
men ut de puro, quantum possibile est, intelligamus auro.

Aurum autem Hungaricum, ualebat Marcha, hoc est
unciae octo, aureos Rhenenses octoginta nouem & aliquid
plus. Continet autem aurum Hungaricum, uel continere de-
beret, charatos uiginti tres.

Aurum uero Rhenense, quod charatos continet decem
& octo, & sic, nisi tres partes auri puri, aureos ualebat Rhe-
nenses septuaginta & parū plus. Ex Marcha auri Rhenensis
aurifabri nō faciūt aureos septuaginta quēadmodū deberēt,
sed septuaginta tres & aliquando plus, & quicquid excedit,
computant pro opera, ita fit etiā in aureis Hungaricis.

Argentum patrum memoria, ualuit Marcha (hoc est,
unciae octo) Rhenenses septem, deinde ad octo ascendit, ue-
rum hoc tempore ualet Rhenenses octo cum dimidio, & ali-
quando plus (Rhenenses dico aureos, nō monetam) nō un-
quam uero aliquantulum minus. Sed hoc intelligendum de
puro, quod subinde in moneta adulteratur. Facit autē Mar-
cha cum dimidia libram unam Romanam unciarum
duodecim. Si igitur aurum purum, cum argento compare-
tur puro, conuenient fermè undecim partes argentī cū par-
te una auri. Licet antiqui communiter decem partes argentī
pro una parte auri computauerint.

Aureus igitur Hungaricus, qui admodum cum ueteri au-
ro conuenit, quantum ad puritatem pertinet, pondus habet
drachmæ unius, illius ponderis quo argentum Nurenbergæ
uenditur. Nam eodem pondere aurū & argentū ponderatur.

Valet

Valet autem hoc tempore aureus Hungaricus aureum Rhenensem unum cum tertia una & denarijs uiginti Nurenbergensibus, computando Rhenensem pro libris noue monetæ.

Nunc uideamus quomodo a rei Hungarici & Rhenenses cum ueteri concordent auro, quod & ipsum ferè continet in bonitate scrupula uiginti tria. Verum antequam id fiat, exactius aurum rationem intelligere est necesse. Igitur quemadmodum antiqui libram in duodecim diuiserunt uncias, unciam autem in drachmas octo, drachmam in scrupulos tres, scrupulum in obolos duos. Obolum uero in siliquas tres, ita & nos ex modernorum facimus usu, ac drachmam quocum ita diuidimus, ut habeat scrupulos tres, moderni uocant Say. Scrupulus autem ut contineat charatos septuaginta duos.

Hungarici igitur aurum libra Romana una, continet uncias duodecim, drachmas uero nonaginta sex. Valet igitur Rhenenses aureos tredecim cum dimidio.

Mina uero seu pondo, habet drachmas centum, & sic unciam dimidiā plus quam libra, & ualet aureos Rhenenses centum triginta nouem, denarios sedecim.

Vncia aurum Hungarici, aureos Rhenenses ualet undecim denarios triginta tres.

At uncia dimidia eiusdem aurum, Rhenenses quinque cum dimidio, denarios sedecim.

Drachma quae est per octaua uncias, & aureus Hungaricus, ualet aureum Rhenensem unum, libras tres cum dimidia, denariū unū.

Scrupulus ualet libras quatuor, denarios quinque.

Granum autem aurum Hungarici, ualet denarios Nurenbergensis, quinque.

Sane ne hoc prætereundum quod charatus in auro duplicitate consideratur, hoc est, tam in iudicatura quam in ponderare, nempe ut aurum purum contineat charatos uiginti quatuor, uel circiter, insuper, ut per Charatos etiam ponderetur,

VET. NUMORVM AESTIMATIO

Ita tamē ut qcquid de puritate decedat, subtrahatur à valore.

Nunc uero aureorum antiquorum pondus considerabis-
mus, & primo Græcorum, ex quibus plures appendi, utpote
Philippi, Alexandri, Prusiae, Mithridatis, Demetrij, & aliorū,
qui omnes ferē ex auro constabant Hungarico, hoc est, ui-
ginti trium charatorum, continebant autem in pondere ferē
omnes pondus aureorum Hungaricorum duorum, hoc est,
drachmarum duarum Nurenbergeñ. & præterea scrupulum
unum. Valet igitur unus Rhenenses tres, libras duas, denari-
os quinqꝫ, Cæterum triplices Alexandri Magni aureos rep-
peri, ex primis ponderabat unus aureos Hungaricos tres, ali-
us Hungaricos duos cū scrupulo uno & dimidio, tertius uix
dimidi Hungarici æquiparabat pondus. Præterea inter au-
reos Romanorum, non paruam depræhendi differentiam,
nam et bonitate & pondere multum distabant. Etenim à Iu-
lio Cæsare usq; ad Vespasianum aurī ferē perdurabat boni-
tas, sed inde paulatim deficere coepit, quamuis etiam sequen-
tium Cæsarum aurei aliqui ex probo constent auro, ut pluri-
mum tamen, quanto plus temporis effluxerat, tanto etiam
magis auri puritas ac pondus minuebatur. Repperi igitur
aureos, sed paucissimos, qui ferē eiusdem ponderis erant, ut
Græci, nempe drachmarum duarum cum scrupulo uno, &
quod mirabar, unū talem Aurelianum Cæsarem depræhen-
di. At reliqui etiam, qui erant ponderosissimi, duos aureos
Hungaricos & grana duodecim non excedebat, ut pluri-
mum tamen non plusquam grana sex continebant, inde re-
centiores, ueluti Diocletiani & reliquorum, nō plusquam au-
reum unum Hungaricum ponderabant. Igitur si ij, qui com-
muniter drachmas duas cū granis quinqꝫ uel sex ponderāt,
cū auro cōparentur Rhenensi, ualebit unus aureos Rheneñ.
tres uel circiter. Romanū itaq; aureū pro tribus aureis, Rhe-
nensibus æstimamus, licet aliquid, sed parum plus, ualeat.

Et

Ethæc de auro dicta sunt , nūc uero ad argentū transferamus.

Si argenti Marcham pro aureis Rhenensibus octo cum dīmidio æstimabimus, sicet iam aliquāto carius uendaſ, ualebit libra Romana, Rhenenses duodecim cum quartis tribus. Verum id intelligi debet de argēto puro, hoc est, cū Marcha contineat in iudicatura uncias octo . Verum nunquam ea bonitate argentum cusum est, sed ad summum ut de puritate Drachmæ binæ deſſent, cōmuniter tamen ut haberet Marcha uncias septem cū dīmidia. Si igitur Marcham unciarū septem cū dīmidia æſtimare uelimus, hoc est, ut ſemifuncia & perfecta deſit puritate, ualebit Marcha Rhenenses octo & parum plus. Libra uero Romana, hoc est, Drachmæ nonaginta ſex, Rhenenses quaſi duodecim. Vncia uero ualebit Rhenensem unum, uncia dīmidia Rhenensem dīmidium. Drachma uero circiter denarios triginta tres. Scrupulus de narios Nurenbergenses undecim.

Græci denarij ponderoſiores, ac magni, quos appendi, pentadrachmæ erant, ponderabant enim drachmas quinque, & ita ualebat unus aureum Rhenensem, dīmidium & denarios Nurenbergen, triginta tres. Erant & aliqui tetra drachmi, hoc est, drachmarum quatuor. Minores uero ponderabant drachmam unam, ſcrupulum unum, ualebat ergo unus denarios Nurenbergen, quadraginta quatuor.

Inter Romanos uero denarios nō paruā reperi differētiā, nā antiquissimi quidā, maxime Consulū, ad quatuor ſcrupulos quemadmodū Græci adpropinquabāt. Alij uero & præcipue Cæſarum non ultra drachmam ponderabant. Tertijs uero de Drachma aliquid decedebat. Et quemadmodum defiebant in pondere, ita etiam longius ab argenti aberant puritate, imò magna pars illorū erat adulterata. Si igitur drachmam unam Nurenbergensem, pro denario uno acceperims, quemadmodum etiam pro maiori parte ponderant, & mar-

V E T . N V M O R V M A E S T I M A T I O

cham pro uncijis septem cum dimidio aestimemus, ualebit denarius argenteus, Nurenbergen, denarios triginta tres, & haec ratione octo denarij argentei facient quasi aureum Rhenen sem unum. Undecim uero quasi aureum Hungaricum. Et hoc pacto quum nec aurum nec argentum ad plenam accedit puritatem, quasi undecim partes argentii cum una parte auri concordabunt, & si aliquid decedit, hoc monetariorum fraus ademit. Cæterum nec hoc omittendum est, auri & argenti pondus, multum secundum regiones variari, non secus ac libram, nam quod alicubi drachma est, id alibi quatuor ponderat scrupulos, & è conuerso. Nos uero pondus illud secuti sumus, quo Nurenbergæ aurum ponderatur & argentum. Quum igitur denarius argenteus ex drachma constet, ponderis Nurenbergensium, centum denarij, hoc est, mina una seu pondo, ualeat Rhenenses duodecim cum dimidio. Mille denarij, ualebunt aureos Rheneñ. centum uiginti quinque quasi.

Sestertij quatuor, uel numi qui erant ærei, ualebant denarium unum argenteum, & sic sestertius ualebat denarios Nurenbergen, quasi octo.

Sestertij centum, ualebant aureum unum, sed qui iusti essent ponderis, Rhenenses uero tres, denarios triginta tres.

Mille uero Sestertij ualebant Rhenenses triginta unum & quartam quasi.

Sestertium uero maius in neutro genere, quod non in aere sed argento intelligi debet, minas duas argenti cum semisse continebat, hoc est, drachmas uel denarios ducentos quinquaginta. Valebat igitur Sestertium aureos Rhenenses triginta unum, quartam unam & parum plus. Sestertium & mille sestertij, unum & idem est, & ualeat, ut dictum est, Rhenen, triginta unum & quartam quasi. Decem Sestertia, & decem millia sestertia numerū, unum & idem est, & ualent Rhe neñ, trecentos duodecim cum dimidio. Centum Sestertia ualent

ualent Rhenensium tria milia, centum uiginti quinque. Decies sestertium, decies centena milia sestertium significat, & haec summa centies maior est decem sestertijs, nam idem est decies sestertium quod mille sestertia, ualebat Rhenenses semel & triginta milia, ducentos quinquaginta. Centies sestertium, designat centies centena milia sestertium numerum, & ualebat Rhenenses trecentum, & duodecim milia quingen-
tos. Milles sestertium ualebat semel & trigesies centum, & ui-
ginti quinque milia.

Ex Talentis autem licet multa extiterint, duo tamē præcipue in usu fuere, talentum magnum Atticum, quod & Euboicum dictum est, & talentum Atticum minus. Talentum magnum Atticum seu Euboicum, continebat minas octoginta, & ualebat Talentum magnum auri Rheneñ. decem milia noningentos sexaginta quinque, uel circa. Talentum uero magnum seu Euboicum argenti, ualebat Rhenensium mille uel circiter. Talentum Atticum minus, habebat minas sexaginta, & ualebat talentum auri, Rhenenses quasi octo milia, trecentos quadraginta quatuor. Talentum uero Atticum minus argenti, ualebat Rheneñ, septingentos quinquaginta. Talentum Babylonicum habebat minas septuaginta. Talentum Aeginetum, continebat minas centum.

Cæterum ut etiam de ære dicamus, sciendum ubi legimus, Milia æris grauis, ibi milia assiū intelligere debemus. Et licet denarius urgente Hannibale pro sedecim assibus permutatus sit, in militari tamen stipendio, semper denarius pro decem assibus datus est. Valuit itaq Nurenbergeñ. denarios tres & paulo plus. Centum igitur asses decem faciebant denarios. Mille uero asses, seu mille æris, centum ualebant denarios, hoc est, minam unam, sicq ualebant aureos Rhenenses duodecim cum dimidio.

Quadrantes quatuor, ualebant assēm unum. Sestans qua-
drante minor erat.

Vt

V E T . N U M O R V M A E S T I M A T I O

Vt igitur rursus, & quasi à lare inchoemus, denarius seu drachma argentí ualuit denarios Nurenbergenium circiter triginta tres.

Denarij centum, hoc est, mina una seu pondo ualet aure os Rheneñ. duodecim cum dimidio. 12½.

Mille denarij, hoc est, decem pondo, ualent Rhenensium centum uiginti quinque ferè. 125.

Sestertij quatuor, uel numi, qui ærei erant, ualebant denariorum argenteum unum. Sestertijs ualebat denarios Nurenbergenium quasi octo. Sestertij centum ualent aureum unū Romanum, sed qui iusti esset pōderis. Rhenensium uero tres cum denarijs triginta tribus. 3.8.33. Mille Sestertij ualent Rhenensium triginta unum cum quarta quasi. 314.

Sestertium in neutro genere, ualet Rheneñ. triginta unū cum quarta ferè. 314.

Sestertia decem ualent Rheneñ, trecentos duodecim cū dimidio. 312½.

Sestertia centum ualent Rheneñ, milia tria centum uiginti quinque. 3125.

Sestertia mille, Rhenensium triginta quatuor milia, trecentum septuaginta quinque. 34375.

Decies Sestertium, id est mille Sestertia Rhenen, milia unum & triginta ducentum quinquaginta. 31250.

Centies Sestertium Rheneñ, trecentos & duodecim milia quingenti. 312500.

Milie Sestertiaj Rheneñ, semel & trigesies centena, nec non uiginti quinque milia quingenti. 3125000.

Libra aurii Hungarici, quod idem est cum Romano au- ro, ualet Rheneñ. centum triginti tres cum dimidio. 133½.

At mina seu pondo Rheneñ. centum triginta nouem, denarios sedecim, quia continet quatuor drachmas plus quam libra. 139.8.16.

Talen-

Talentum magnum aurum quod & Euboicum ualeat Rhenen. decem milia noningentos sexaginta quinque. 10965.

Talentum minus aurum ualeat Rheneñ. octo milia trecentum quadraginta quatuor. 8344.

Pondo argenti seu minera ualeat Rheneñ. duodecim cum dimidio. 12 $\frac{1}{2}$.

Talentum magnum argenti ualeat Rhenenses mille. 1000.

Talentum minus argenti ualeat Rhenesium septingentos quinquaginta. 750.

Talenta quinque argenti minorum, henen sum tria milia septingentos quinquaginta. 3750.

Talenta decem Rheneñ. septem milia quingentos. 7500.

Talenta centum Rhenesium septuaginta quinque milia. Ita. 75000.

Talenta mille Rheneñ. septingenta quinquaginta milia. 750000.

Siclus teste Hieronymo & Iosepho, quatuor drachmas argenti ualebat, Græcis est Stater.

Finis huius libri.

Impressum Norimbergæ apud Iohan.

Petreium, Anno M. D. X L I I.

